













MARTINI RVLANDI PATRIS MEDICI PALATINI & Lauingani:

CVRATIONVM EMPIricarum & historicarum,

CENTVRIA VII.


Edita,

ſtudiô & labore

MARTINI RVLANDI FILII Medici inclytæ Reipub. Ratiſponenſis.

Cum INDICE *continente morbos, ſymptomata,* Loca, *&* Medicamenta *iuxta Curationum ſeriem digeſto.*

BASILEÆ.



NOBILITATE GENERIS AMPLITVDINE DIGNITAtis, prudentiaque & grauitate præſtátiſsimis viris, & Dominis, Dominis Conſulibus & Senatoribus inclytæ & liberæ Imperialisq́; Reipub. Ratiſponenſis, &c. Dominis ſuis debita obſeruantia colendis.

τὸ εὖ διάγειν.

NVPERRIME Magnifici D. D. Conſules: Senatores ampliſsimi; vi

 ri

ri nobilisſimi ac pruden-
tiſsimi: ſummum illum
doctur æ gradum DEI
gratia feliciter cõſecutus:
de ſtudiorum protinus
meorum fine cogitare cæ-
pi: nihilq́ue magis in vo-
tis mihi fuit: quàm, iuxta
Platonis mentem vere
beatam Rempub cõtin-
gere, cui mea quantula-
cunque conſecrarẽ. Bea-
tã verò, princeps ille in-
genij & doctrinæ vir, ci-
uita-

uitatẽ esse putauit: si aut docti & sapientes homines eã regere cœpissent: aut qui regerẽt, omne in doctrina studium atq; sapientia collocassent. Annuum hoc erat votũ, ardens, assiduũ. Interea preces meas (quibus omnia mea, si quibus diuinitùs exornatus sũ, obtinui bona) exaudiuisse IEHOVA videbatur: dum oppidum, ciuitatem, vrbem

hãc & illam offerret. Verùm cum illa ad hanc Platonis acroamaticã amussim à me explorata minus examini responderẽt meo: variaqúe ex parte mea obĳcerẽtur obstacula: apud parentẽ etiã meum summâ pietate colẽdum affatim suppeditarent, quæ in practica (vt vocãt) medicina addiscerem: præterlabi illas occasiones qualescũq; sum passus.

paſſus. Vlterius tamen geminata atque identi-dẽ duplicata inuocatio-ne DEVM ſolum per Chriſtum vnicum no-ſtrum ſaluatorem & me-diatorẽ ſolicitare pergo. Et ſanè, oratio hæcce mea minimè erat irrita, mini-mè inualida: nec obſur-deſcebant aures tàm mu-nifici Patris ad precatio-nes votaqúe mea: nec ſuperiores occaſiones

prætermisisse pœnitebat.

Paulò enim pòst RATISPONA offertur mihi: vrbs vestra antiqua, nobilis, præclara: liberali mecum agitur stipēdio, huic operam meã vt addicam medicam: omnis datur medicinã rite factitandi facultas: officia denique eximij studij, amoris summi plena cumu-

mulatè deferũtur:præter ſpem hoc atque exſpectationem meã accidit omne. Nónne hæc perpulchrè ad vota mea:

Etenim vſpiamne occurrit Reſpublica, quę ad Platonis diuinam exactè conueniat uocem: TIBERNIA eminet clariſsima, quæ à primo ſui cõditore Tybernio Nerone ſic dicebatur.

Vrbsné existit, quę ex Platonis mẽte verè beata censeri queat? QVADRATA elucet cultissima, longo tempore sic dicta; quòd ad quadratã figuram & quadratis lapidibus magnis muro circumdata sit: vti in reliquĳs veterum murorum retrò S. Paulum cerni potest.

Ciuitasné, ad cuius gubernacula sedent docti?

HYA-

HYATOSPOLIS vel HYATOPOLIS nobolis apparet, quæ tali nomine olim insignita fuit, ab hyantium aquarũ propè ciuitatem cõfluxu: cùm Danubius, Naba, & Imber ac cæteri fluuij in latere aquilonari confluant.

Politiáne: quã administrant prudentes: GERMEINSHEIMENSIS

SIS ſe nitidè profert: à Germanico, qui ciuitati olim præerat, ſic nuncupata. Vbi Reſpublica? vbi politia? vbi vrbs? vbi ciuitas? quorũ magiſtratus omne ſtudium in doctrina atque ſapientia ponit ſedulò? REGNIOPOLIS libera: IMBRIPOLIS (tot enim nominibus hactenus celeberrima Ratiſpona decorabatur) magna: RATISPO

NA

NA celebris.

O'ter itaque quaterque beatum me: qui talem curandam nactus sum Rempublicam beatam: vtpote claram, nobilem: piis, doctis prudentibusque viris affluentem: ab iis omnibus egregiè paratã, quæ in benè cõstitutâ Repub. requiri & solent & debent.

Multi hîc, auribus me seruire vestris, & ad gratiam

tiam

tiam loqui dubio procul nugabuntur; quòd de ea vrbe multa facere verba non dubito, quam oculis hisce meis vidi nũquam. Enimverò, inquio viciſſim, referre haud magni, vrbem cernere quampiã omnibus obuiã: magni verò intereſſe; vrbis vidiſſe νόον. Si itaque vrbis veſtræ vidi νόον: annón ſatis me vidiſſe reſpondebitis? Equidem vidi, & vidi

tam

tam oculis quàm mente: LVMINA dico Reipub. vestræ splẽdidissima: Magnificos, nobilitate, doctrina, prudentia, omniq́ue virtutũ genere præstantissimos viros, D. Ioannem Albertũ Portnerum: D. Ionam Paulũ Vuolfium: consules eminentissimos: clarissimũ item virum D. Ioannem Diemeierum. V. I. Doctorem excellentiss.
Reiq́;

Reiq́ publicę Syndicum celeberrimū. Hos inquã viros vidi, audiui, gustaui, cognoui. Omnia, me Christe, quæ inde hausi obiecta, sensus suâ excellentiâ hebetarunt meos. Quod si νόων horum τὸν νοῦν verè excellentem verbis vellem exprimere amplius, vix dies satis esset. Vnum hoc addo; viros hosce in conuiuio (quo illi ab Vlmensi conuentu

reuersi

reuersi Lauingęq́ꝫ diuer-
sati, & patrem meum &
me etiam ignotum acci-
pere perquàm amicè nõ
sunt dedignati) nupero,
pietate, eruditione, pru-
dentia, morum suauitate,
beneuolentia atque amo
re in me singulari, sui in
amorem & obseruantiã
pellexisse me totum: hoc-
qúe effecisse: vt postha-
bitis cunctis, & patria se-
de & paterno complexu,

hoc præſertim tempore, (quo parentes ſenio confecti filijs tanquam ſcipione fulti inniti, & ab eis omnia bonæ oblectationis atque ſolatij genera cõcipere exoptant) diuelli me facilimè, medicumquè in veſtræ Reipubl. ſalutis tutelam atque ſanitatis conſeruandæ auxilium forſitan ἀεὶ (ſi DEVS voluerit) ſalutare aſciſci conſentirem:
ſpon-

ſponte. Lætor itaque & ex animo lætor νόον tan- torum virorum vrbem mihi veſtram, amicam beneuolam propēſamq́; conciliaſſe. Gaudeo ve- hementer, à vobis dignū me aptumqúe iudicari; qui totius Reipubl. ve- ſtræ ſanitatem, optimum hominis in hac vita bo- num, & conſeruandam & reſtituendam credatis. Det DEVS ſummus

& vnus ſuam mihi gra-
tiã promiſſam (hac enim
ſolâ opus habere video)
quò veſtram aliorumq́;
de me concitatam exiſti-
mationem ſuſtinere poſ-
ſim. Voluntatem per-
promtam, conatũ quan-
tulumcunque meum o-
ptimè de vobis omnibus
merendi profiteor. Am-
plius quid pollicear; non
habeo.

Nunc, vt pro hoc ve-
ſtro

ſtro munere phyſico benignè mihi decreto gratias, quas poſſum ago maximas: ita etiam ſubmiſsè oro rogoq́ue tenuem hanc grati animi teſtificationem, libellum dico hunc patriâ curandi dexteritate refertum, & meo ſtudio cùm elaboratum tùm. V. M. nomini dedicatum, ſerena beneuolaq́ꝫ fronte accipere dignemini. DEVS

OPT. MAX. qui verum ſolus creat medicũ, per me tot hoſtes naturæ humanæ truculentiſſimos, eosqúe capitales iugulet: quot parens meus chariſsimus iam per años quadraginta DEO duce ritè feliciterq́ꝫ (vnicam perſonam ſex millia hominum à naturæ hoſte potentiſsimo & ſæpiùs ἀμάχῳ liberaſſe: & victoriam ex domeſtico

bello

bello citra illius homi-
nis mortem reportaſſe:
nónne ſtratagema Her-
culeo præſtantius?) pro-
ſtrauiſſe demõſtrant Cẽ-
turiæ ſeptem iam pro-
mulgatæ: emiſsis illis,
quæ longè lateqúe infi-
nitorum hominum ſani-
tatem, confecto σὺν θεῷ
ſanitatis immani hoſte,
reſtitutam, ſartam tectam
qúe conſeruatam com-
plectuntur. Valete viri

M. A. N. P. vobisq́ persuadere dignamini: omnia mea officia qualiacunque vobis vestræq́ Reipubl. beatæ dies noctesq́ue prompta semper paratáq́ fore. Valete iterum & me meaq́ studia commendatiss. habete. Datæ Lauingæ decimo quarto Nouembr. Anno τῆς θεογονίας, M. D. XCIII.

M. Aq́; Vestræ

Deditissimus &

fidelissimus Med.

Mart. Rulandus F. Med. D.

Lectori beneuolo S.



Ræmonemus te, amice lector, ne mirari velis, aut de curationum patriarũ certitudine dubitare; quòd Centuriam hanc ſeptimam & inſequentium nonnullas demus ἀνωνύμους. Studio namque nomina perſonarum ſilentio inuoluimus: ne videlicet eſſet, quod ægrotantes deinceps offenderet noſtros. Sunt enim nonnulli, qui, ſi vulgo innoteſceret, ſe hoc vel illo morborum genere laboraſſe, ægrè ferrent. DEVM teſtamur ſummum & vnum, veriſſima, non ficta noſtris nos inſerere exempla. Quod ſi Dominus DEVS

mos viuos voluerit, otiumq; suppeditârit: dabimus operam sedulò, vt in tui gratiam selectißimarum curationum paternarum hinc inde dispersarum Centurias quinquaginta colligamus inq; vnum opus conyciamus: simul etiam argumenta appingamus, quibus persuademus vt de fide posteà curationum minimè dubitare queas. Vale optimè & nostra boni consule.

MAR-

MARTINI RV-
LANDI PATRIS
Medici Palatini &
Lauingani,

*CVRATIONVM EMPI-
ricarum & historica-
rum,*

CENTVRIA VII.

Edita,

ſtudiô & operâ

MARTINI RVLANDI FI-
lij Medici Doctoris.

CVRATIO I.

*Oris, faucium atque œsophagi
exulcerationis.*

CLariſs. & cõſultiſ. D. Do-
ctor q̃dã Auguſtę degẽs,
cùm

Exulceratio oris & faucium. *Lues venerea.* *Augusta.*

cùm ageret annum XXVIII. in-cidit in oris, faucium atque œ-sophagi exulcerationem satis molestam, quam consequebatur intolerabilis ac diuturnus capitis dolor, uigiliæ & macies totius corporis penè hectica. Pullulabant cũcta ex luis uenereæ ritè profligandæ negligentia. Cura sic est à me instituta.

Sudoriferum.

Sudoriferum purgatoriumq́ʒ.

R. Ligni S. pisti lib. v.

Infundatur per noctem in aq. lib. x.

Adde posteà

Maioranæ

Stæchados ana P. j.

Menthæ

Pule-

Pulegij
Hyssopi
Flor. cētauri minoris ana P. ſ.
Sennæ mundatę vnciam j. ſ.
Polypodij quercini vnc. ſ.
Thymi
Epithymi ana drach. iij.
Passular. corinthi. vnc. ij.

Miſce & cura omnia, & ſingula ebullire ad medias ſecundum A.

Sudet ex hoc decocto ad dies xxx. ſingulis dieb. uel tertio quoque die ſumendo uncias quinque uel ſex.

Inde & ſudabat affluenter & alu9 quotidie reddebatur ſatis.

Diæta.

Potus in menſa erat uinum

ὀλιγόφορον, cui infundebatur li-
gni S. concisura.

Illitus. *Illitus.*

Fauces locaque exulcerata post sudorem oleo Heraclij illinebat specilli extremitate gossipio molli obsitâ & dicto oleo imbutâ.

Sternutatorium. *Sternutatorium.*

Singulis septimanis bis post sudoris abstersionem sternutatorij nostri ad pisi quãtitatem ἀσπνοῇ ualidiori attraxit.

Vng.

Partes corporis dolẽtes perungebat Vng. hoc mane & uesperi subtepidè.

Vng. anodynum. ℞. Vng. de alabastro unciam Semis.

Opij

Opij gnana viij.
Croci ſcrup. ſemiſ.
Miſce.

Veſperi manéue ſuffitum ex
ture carbonibus aſperſo per
operculum feneſtratum uel ri-
mis hians excipiebat.
Hiſce itaque perfectè DEO
onatus noſtros ſemper fortu-
nante, conualuit.

CVRATIO II.

Peſtis.

Peſtis. Bubo peſtilens. Ayſslingenſis Ludimoderator.

Yſslingenſis Ludimodera-
tor annos natus xxx. peſte
ntatur perniciosâ, bubone
umpente, urinâ ſpumosâ &
beâ exiſtente. Meam exi-
nte operam ita ſum opera-
s.

Phlebotomia.

Aperuit Saphenam lateris affecti, & hepaticam brachij affecti.

Alexipharmacum.

Sudoriferum.

Sudet: R. Theriacæ drach. j. Aquæ tormentillæ vncias v. Misce. Hunc bibebat calidè haustum, sudabatq; ad uirium tolerantiam.

Diæta.

Potus erat decoctum hordei, passular. liquiritiæ, carduimariæ.

Achores Cephalalgia. Scabies.

CVRATIO III.

Achoris, Cephalalgiæ. Scabiei totius corporis.

Augu-

AVgustæ Vindelicorum vir quidam annorum xxxvi delapsus est in capitis destillationem salsam atque nitrosam, cuius coagmẽtatione assiduâ tantus cumulus atque prouentus est factus excrementorum, vt illis in externis partibus collectis, & per uenarum, per faciem, & tempora in caput irrepentium ora effusis caput non modò turgidum & multis tuberculis atque nodositatibus obsitum efficeretur: sed etiam Achores, Cephalalgia, stabilis, prurigo & scabies totum corpus miserè infestans inde progenerarentur. Meam & Dei flagitanti opem ita subuenio. *Augusta.*

Purgatorium.

R.Pul. sennæ laxat. vnciai
semis.

Infundatur in iure pisoru
q.s.pro quatuor uicibus ma
& vesperi ebibendis. Inde l
uabatur euidenter, purgatio
probè uires exercente suas.

Lixiuium. *Lixiuium.*

Manè & vesperi sequenti l
xiuio caput lauandum iube

R. Lixiuij fortis, aquæ fo
tanæ ana lib. iiij.folior.senæ
vncias ij.s.agarici vnc.j.

Pisorum M.iij.

Decoquantur lento igne a
consumptionem lib. i. uel a
mollitiem pisis coctura com
paratam.

Linimentum. *Linimentum.*

Post capitis lotionem dictam illinebatur caput oleo sulphuris.

Balneum. *Balneum.*

Purgato corpore prædicto modo descendebat in balneũ istud.

R. Aluminis crudi lib. 1.
Sulphuris uiui vnc. vnam.

Misce.

Fiat puluis, cuius quantitas it cochlear unum, sed satis capax ad unum ἐγκάθισμα cum piorum M. 1. Quibus omnibus feliciter ad finem perductis pristinam est consecutus sanitatem.

CVRATIO IV.

Tußis deploratæ, menſium nimis fluentium.

Ayslingen. Tußis. Menſes nimis fluentes.

IN Ayslingen pago haud pr[o]cul à Lauinga diſsito præf[e]cti uxor annos XXXVI. nata g[ra]uiſsima corripiebatur tuſ[si] conſequenti menſium flu[xu] per tres menſes. Vrina erat ſ[pu]moſa & turbida. Curatur σὺν manu mea medica hoc mod[o].

Mixtura.

Mixtura.

Lambebat crebrò hanc mi[x]turam, quæ eſt eiuſmodi.

R. Loch è pulmone vulp[is] vnc. ſem.

Syrup. de liquiritia vnc. [...]

Miſc[...]

Misceatur & fiat mixtura.

Phlebotomia.

Simul aperiendam curaui
[M]edianam. Exinde conualuit.

CVRATIO V.

Insaniæ.

Insania.

[A]Nnos quidam natos XIIX.
incidit in sæuam insaniam
[c]ū diuturnis uigilijs atq; alijs
[s]ymptomatis, quæ hoc uitium
[c]onsequi solent. At λακωνικῶς à
[m]e restituitur hoc pacto.

Purgatorium.

R. Pul. sennæ laxat. drach.
1. S.
Zingiberis momentum.
Iuris pisorum vnc. iiij. misce.

Phlebotomia.

Pertundendam curo Ceph licam utramque. Inde conua luit quatuor dierum numer integrè.

CVRATIO VI.

Motus matricis, febris.

ἡ πνὶξ ὑστε-ρική.

RVſtici Burckhagelenſis uxor annorum XLII. labitur in grauiſsimum uteri ſtrangulatum cum febre, ructu, aſthmate, & ſiti. Accerſitus talem inſtituo curandi uiam.

Catharticum. Hyſtericũ.

Catharticum.
Hyſtericum.

R. foliorum ſennæ vnc. 1.
Pulegij.

Meliſ-

Melissæ ana P. s.
Cinnamomi drach. s.
Sacchari candi vnc. s.
Misce.
Decoquantur lento igne, in q. aquæ ad tertias. Ex hoc decocto bibit manè & uesperi uncias quatuor usque ad mori eiusque symptomatum reuationem.

Diæta.

Potus erat uinum pulegiaum.

CVRATIO VII.

Hydropis. *Hydrops.*

QVo affligebatur Dilingæ quidam annorum LXVI. insequente difficultate spiran- di, *Hyposarca. Dilinga.*

di, inappetentia, &c.

Is breui priſtinæ ſanitati reſtituitur hoc pacto.

R. Diaturbith cum rheobarbaro inſolid. drach vij.
Iuris piſorum vnc. iiij.
Miſce.

Inde euacuatus ſufficienter.

Laconicum.

ὀβάτραχος. *dolor capitis, maxillarum.*

Tertio die à purgatione qę ſudauit affatim ex decocto granorum Iuniper. abſinthij, camomillæ, ſtraminis auenac. in lixiuio decoquendorum ad ſudorem eliciendum, ut habēt Centuriæ antecedentes.

CVRATIO VIII.

Batrachi, doloris capitis.

Dilin-

Dilingæ quidam annos natus L. dolore capitis & maxillarum affligitur, batracho seu ranâ sub lingua cubante. Ego consultus hanc præscribo curam. *Dilinga.*

Catharticum. *Catharticum.*

R. Conseruę Benedictę scrupulos duos.
Aquæ fontis vncias duas
Dissoluendo conseruam
fiat haustus colandus & ebibendus. Operabatur bene.

Sudoriferum. *Sudoriferum.*

Sequentibus diebus sudabat in lecto bene contectus atque ex infrà definita decoctione sumebat vncias sex calidè. Decoctio est talis.

R. Ligni quaiaci minutim concisi uncias iiij.
Cardobenedicti M.j.
Decoquantur in duabus mensuris uini ad consumptionem tertiæ.

Chirurgia.
τοῦ βατραχου.

Ranula linguæ quasi uinculo alligata incisa prosilit phlegma lentum uiscidum & subalbens. Quam posteà mane finito sudore nec non uesperi abstergendam & abluendam mando hac Aquâ.

R. Aquæ plantaginis vnc.iiij.
Olei Heraclij drach.j.
Misce.

Ex his κατὰ λόγον decretis conualuit

ualuit perfectè, Deo omnipotenti archiatro summo sit laus, honos & gloria.

CVRATIO IX.

Febris Tertianæ.

Febris Tertiana.
Dilinga.

QVa Dilingæ uir quidam afflictus, sic à me paucis istis in pristinum sanitatis statum restitutus est.

Sudoriferum.

Sudoriferum.

R. Centaurij minor M. iij.
Rad. asari vnc. s.
Decoquantur in s. q. aquæ ad tertias. Bibit ad vnc. v. & sudauit ad morbi leuamen.

Menses retenti.
Tußis vehemens.
Pleuritis.

CVRATIO X.

Mensium suppressorum.
Tußis, pleurisis.

Dilin-

Dilinga. DIlingani cuiusdam filia annos XVII. nata incidit in mẽsium suppressionẽ, pleuritidẽ, tussim grauem, sitim. Erat pręterea macie nutrimẽti defectu fermè confecta. Vrina apparebat, cruda, tenuis, Phlegmatica. Ei ita sum medicatus.

Purgatio.

R. Foliorum sennæ mundator. vnciam unam.
Agarici drachmam unam.
Passularum vnciam unam.
Zingiberis drachmam. ſ.
Zinnamomi opt. scrup. 1.
Sacchari unciam unam.

Misceantur & fiat Decoctio in s. q. aquæ ad tertias. Bibit inde

inde quotidiè manè & vesperi haustum calidè, quoad rectè purgata leuamen luculentum perciperet.

Diæta.

Potus Decoctum passularũ.

Phlebotomia.

Aperuit Saphenam vtramq;.

CVRATIO XI.

Icteri, Febris, doloris capitis, & cæt.

Dolor capitis, dorsi laterum.

QVidam XIII. annorum grauibus istis malis conflictatur, Cephalalgia nempe, dolore lumborum & laterum, anorexia, Febre, Ictero, alui constipatione diuturnâ. Vrina erat

Febris Icterus.

pauca

pauca rubens & ſpumoſa. Accedens ego ægrotantem hunc & iſtis implicitis, atque connexis uitijs irretitum uidens, primùm de conſtipata aluo reſeranda laboro. Definio ergò tale enema.

Clyſter.

Clyſma.

R. Seri lactis caprini vnc.iij.
Ol.roſat.
Ol.uiolat.ana vnc.j.s.
Butyri recentis vnc.j.
Mellis roſati drach.ij.
Croci ſcrup.s.
Salis ſcrup.j.
Caſsiæ recens extractæ drachmas quat.
Miſce.

Fiat Enema, cuius benefi-
cio

tio ferebatur aluus coacta & excrementa liberè descendebant, indeque æger melius sese habebat.

Altero die catharticum hoc administrabam.

Purgatio.

R. Pul. sennæ laxat.
Pul. rheubarb. ana scrup. ij. s.

Bulliant hæc lento igne in aquæ Cichoreę vncijs iij. s. usque dum remaneant vnc. ij. s. quibus percolatis & potenter expressis admisce syrup. rosat. solut. Monta. unciam s. Conficiatur Potio pro duabus uicibus uesperi ac manè assumendis, Postquam Medicina

hæc

hęc officio ſuo in exterminanda morbi minera ſatisfecit: æger omnium remiſsionem ſentiebat euidentem, præter cephalalgiam, & anorexiam leniorem, quæ adhuc vrgebant materia morbifica non radicitùs euulſa. Quare ſuaſi ſequēs purgans.

Purgans.

R. Summitatum abſinthij M. 2.
Rheubarbari vnciam ſ.
Pul. ſennæ laxat. vnciam ſ.
Miſce.

Infundantur per noctem in ſ. q. uini. Altero die ab infuſione bibat æger quotidiè frigidum hauſtum ad morborum & ſym-

& symptomatum omnimodā emissionem. Capitis tandem dolores grauiter molestantes placaui Vng. hoc.

Vng.

R. Vng. de Alabastro vnc. s.
Opij grana septem.

His ita administratis pristinam recuperauit sanitatem.

Deo omnipotenti sit laus, honos & gloria in omne æternum, Amen.

CVRATIO XII.

Pleuritidis.

RVsticus Eychebrunnensis annorum XLI. in pleuritidem veram. cum asthmate & spirandi difficultate febre assi- *Pleuritis.* *Difficultas spirandi.*

dua lapſus ſic à me breuiter ⁊ ſanatus eſt.

Sudoriferum.

R. Pul. rad. aſari ſcrup. I.
Vini uncias quinque.
Miſcentor. Mixtura exhauſta ſudorem profusè ciebat, u[illegible] mitum mouebat, ac ſymptomata inde mirè leuabantur.

Diæta.

Potus Decoctum granor[illegible] Iuniper.

Fotus.

Lateri dolēti appoſuit cha[illegible] momælinū lacte coctum. Atq[illegible] his paucis ad ſe redijt.

CVRATIO XIII.

Iterum

Iterum Pleuritidis.

QVidam Burgkagelenſis annos natus uiginti ſex pleuritide corripiebatur, conſequente febre ſigno πλευρίτιδος παθογνωμονικῷ, tuſsi, difficultate ſpirandi, urina exiſtente ſpumoſa cholerica. Affectus hic, diuina auxiliante gratia hoc modo depulſus eſt. *Pleuriſis. Febris.*

Phlebotomia.

Aperuit hepaticam affecti lateris.

Vng.

Vng. calefaciens moderatè, molliens, digerensq́;, hoc pręſcribebam.

R. Vng. dialthææ vncias ij.
Ol. amygdalar. dulcium
vnciam ſemis.
Miſce.

Hoc inungebat crebrò latus dolore affectum, quò cauſ[a] proxima pleuriſis ſanguis ui[de]licet iam ex oſculis uenæ a[zy]zygæ elapſus & concretus di[gerebatur] gerebatur & maturabatur.

Diæta.

Potus erat Decoctum carduimariæ cum paſſulis.

CVRATIO XIV.

Rurſus pleuritidis.

Burga. Pleuriſis. BVrgæ quidam annorum 52. pleuritide, aſthmate, ſputo ſenioſo

enioso ad medicorũ & aliorũ
hominum desperationem laborauit. Subueni σὺν θεῷ eiuscemodi medela.

Phlebotomia.

Aperuit Hepaticam lateris dolentis.

Diæta.

Potus decoctum erat cardomariæ cum passulis.

Vnguentum.

Latus illinebat Vnguento in omni pleuritide præstantiss. & iam sæpius iterato:

R. Vng. dialthææ vnc. ij. s. *Vng.*
Ol. amygdal. dulcium vnciam semis.
Misce.

Illito loco affecto applice calida lintea butyro perlita.

Ad facilem expectorationem, causæque pleuritidis cõiunctæ reliquias resoluendas & expellendas tale decerno Ecligma.

Ecligma.

Ecligma. R. Syrup. de glycirrhiza.
Hyssopo.
Acetosæ simpl. ana. vnc. *i.*
Oxymel. squillit.
Aceti squillit. ana. drach. iij.

Atque sic laus DEO uni & trino, hicce conualuit æger.

CVRATIO XV.

Iterum pleuritidis.

Pleurisis. *Dilinga.* DIlingæ cuiusdã filia cùm ageret annos uiginti tres pleu-

leuritide graui cum sypto-
natibus eã insequi solitis la-
orauit. Meam poscẽti curam
tque medelam consilio adfui
oc modo.

Sudoriferum.

R. pul. cardo benedict. drach. semis. *Sudoriferum.*
Asari scrup. unum.
Aquæ cardomariæ uncias v.
Misce.

Ex hoc sudauit & uomuit.

Diæta.

Potus: serum lactis cum conserua uiolarum.

Phlebotomia.

Aperuit medianam affecti lateris.

Hisce ita, gloria vni & trino DEO ad pristinum sanitatis statum reuersa est.

CVRATIO XVI.

Sciaticæ.

Dilinga. Sciatica. Ischias.

DIllingæ Iesuita quidam annos natus XXXIX. lapsus est in sciaticam seu Ischiadem; quam insequebatur ingressus difficilis, inflexio dolorifica. Medici Germani & Itali contumax hoc uitium summo studio & magno medicinæ apparatu diu multumque profligare sunt annisi, sed omnia incassum. Ego quoq; pharmacopolij medicinis nõ uulga-

ulgaribus uſus laterem laui
emper. Tandem ad arcana
nea confugi, tanquàm ad ſa-
ram anchoram. Propinaui
taque ipſi per 3. dies conti-
nuos.

Purgatio holagoga. *Purgatio hoſtagoga.*

R. Spiritus uitæ aurei vnciã
rnam ſem.

Hoc pharmaco pulchrè per-
politũ eſt corpus, excreto te-
nacisſimo & fœtidisſimo mali
omite. Meliùs habebat ex tri-
bus iſtis uicibus. Dedi poſt 14.
dies iterum idem pharm. Lu-
nâ decreſcente; quâ uice om-
ninò liberabatur à plurimis
iam deſperatus. Ne autem re-
ricet malum, tertio pòſt men-

ſe exhibui tantundem, Lunâ itidem decreſcente. Quibus hactenus immunis ab omni Iſchiatico dolore permanſit, DEO omnipotenti ſit laus, honos & gloria in omne æuũ. Amen.

CVRATIO XVII.

Arthritidis poſt Epilepſiam.

Arthritis Epilepſia.

DIlingæ Ieſuita alius annos natus uiginti ſex, aliquoties Epilepticis grauiter corripiebatur paroxyſmis, deſinẽtibus in arthritidem uniuerſalem intolerabili cum dolore eoq́; ferè ulceroſo. Vrgebant uigiliæ urinæ ſuppreſsio, in appetentia & cæt. Vrina, quæ rubens, ſpumoſa & confuſa appa-

pparebat, magnam uiſcerum npuritatem imprimis ipſius erebri, quod omnis fermè ar- rritidis atq; diſtillationis ſca- urigo exiſtit, innuebat: renũ ræterea atque ureterum ob- ructionem, quam etiam ex rauitate lumborum depre- endi. Tumor denique manus pedes circa articulos occu- abat. In hac malorum συνδρομῇ xhibui tale pharmacum.

Potio purgans.

R. Aquæ florum tiliæ vnc. vj.
pul. throchiſcorum alhan- daal drachmam ſemis.

Miſce.

Claram colaturam bibebat. *Potio purgans.*
Huius operatione pituitoſa fœti-

fœtidaq́; materia in magno prouentu nouies excreta fuit cum omnium ſymptomatum leuamine conſpicuo.

Poſt duos ſequentes dies ſymptomatis nō planè ſublatis, propinaui manè frigidè.

πανάκεια

πανάκεια.

R. Aquæ terræ S. vncias quatuor.

Hic ſuauiſsimus hauſtulus pleraque ſymptomata grauia per madorem (huius enim aquæ operatio eſt uaria; nunc per aluum. nunc, & ut plurimum, per uomitū, nūc per ſudorem iam per urinā ſæpè per ἀθεώρητον διαπνοὴν ἐνεργοῦσα) νοτίδα Græcis, qui in corpore erum-

debat uniuerſo, graueolentem
& fœtidum, exhauſit. Verùm
cùm adhuc brachij dextri le-
uis ἀκινησία cum leui dolore le-
uiter pedes quoq; affligente,
deſſet, ſuaſi ſudoriferum hoc.

Hidroticum.

R. Hyſſopi, cardobenedict. *Hidroticũ.*
ana. M. ij.

Decoquebat in ſ.q. aquæ ad
dimidias: atq; ſingulis diebus
manè bibebat uncias ſeptem
calidè, & in lecto benè conte-
ctus ſudabat ad uirium tolerã-
tiam. Finito ſudore hoc, non
neglectâ diæta conuenienti in
tra duodecim conualuit dies
integrè.

CVRATIO XVIII.

Sciatica.

Sciaticæ.

NObilem uiduam cùm expleuiſſet annos LXXIII. Iſchiadicus dolor exercebat grauiter, cum dolore, rubore, in appetentia & uigilijs. Mitigaui pleraq; ſymptomata accitus hoc anodyno.

Anodynum.

R. fol. uitis, uiolarum, lactucę ana. M. ij.
Salicis, florum uiolarum, bugloſſę, nenupharini ana M. j.
Capit. papauer. albi num. v.
Miſce.

Bulliant in ſ. quant. lactis ad tertias. Horum decoctione frontem & tempora, manus, brachia & pedes irriget, & irrigata

rigata loca per ſe ſiccari ſinat. Dein herbas iſtas ſacculo incluſas dolenti loco applicet. Ex his ſtatim meliùs habere ſenſit.

CVRATIO XIX.

Aſthmatis & artuum doloris.

DIlingæ Ieſuita quidam annos natus uiginti ſex conflictatur dolore artuum, ex deſtillatione ſeroſa & ſubacri oborto: comes erat difficultas ſpirandi, ſudores crebrò αὐτομάτως promanantes. Cura hæcce à me decernitur.

Aſthma. Artuum dolor. Dilinga.

Purgans.

Purgans.

Dedi extracti colocynthidis drach. unā in uini boni un-

cijs quinque. Misce.

Stent per noctem. manè bibat colatum haustum, qui paucis ab hinc horis magnam pituitosorum humorũ euacuauit uim. Exhibui tertio die iterum eundem haustum, cuius ἐνεργείᾳ efficaci conualuit perfectè.

CVRATIO XX.
Pleuritidis.

Pleuritis. Dilinga.

DIlingæ quidam expleto anno decimo octauo incidit in grauissimam pleuritidem, quam insecuta est tussis, difficultas spirandi, uertigo, deliquium animi, inappetentia, sitis punctiones acerbæ laterîs & frequentes. Vrina erat

rubens, turbida. Cura fuit eiuſmodi.

Potus: Decoctum hordei, cichoreæ, rad. cichoreæ, uiolarum, roſarum, liquiritiæ, paſſularum, ſacchari.

Potio cathartica.

Porrigo hanc potionem.

R. Decocti ſenæ unciam unã.
Syrupi roſati ſolutiui vncias iij.

Miſce.

Operabatur hauſtus pro naturâ ſuâ ſatis: ſed non planè leuabatur ęgrotus ab onere ſymptomatum. Dedi itaque ſalutarem hunc hauſtum.

πανάκεια. πανάκεια.

R. Aquæ terræ. ſ. vncias ſex.

Has in duas diuidat uices: unam manè: alteram duabus horis ante cœnam assumendam: utriusque uirtute per aluum, &, urinam atq; sudorem euidenter operata symptomata cuncta se remisêre, & meliùs ualere cœpit, non autem ex toto. Itaque sudoriferum ei præscribo hoc.

Hidroticum.

Hidroticū. R. Carduibened. cardui mariæ ana. M. ij.

Decoquantur in s. q. aquæ ad dimidias. Decocti huius bibat singulis diebus uncias sex, & in lecto benè contectus sudet ad morbi ac symptomatum enumeratorum omnimodam

dam ablationem duodecimo die à principio morbi feliciter subsecutam.

Non neglexit interim in curâ Lohoch sępissimè in centurijs iteratum.

Lohoch. Lohoch.

R. Syrup. de liquiritia. de hyssopo, acetosæ simplicis ana vnciam.

Oxymel. squillitici drach. vj.

Misce.

Vtatur more aliorum ecligmatum, maximè urgéte tussi.

Vnguentum.

Dolorem lateris affecti demulsi singulis horis Vng. hoc anodyno præstanti.

R. Vng. dialthææ. vnc. ij. Ol.

Vng. amygdalar. dulcium vnciam ſem. Miſce.

Appendix.

Plerique medicorum præter eccoprotica uix ualidiora purgantia pleuriticis porrigenda tutum putant. Sic enim ſonat eorum regula, ut hæc ſic aliæ penè omnes non ſatis enucleatæ:

Diligentiſsimè in pleuritide obſeruandum, inquiunt, ne ualidum medicamentum purgans offeramus: contingit enim uirtutem multum inde debilitari: ſanguis prętereà magis ut fluat huiuſmodi purgante medicamẽto irritatur. Quid ueri falſique huic Medicorum maxi-

maximè ſubſit, diligentiùs con ſiderabimus, non autoritatibus, quibus citra rationes ſe tueri plus quàm puerile, ſed rationis & experiẽtię armis muniti. Conſtat pleuriſin aliam eſſe lenem, aliam grauem: aliã ueram, aliam notham: aliam deniq; fientem, aliam factam. De nothâ & ſpuriâ pleuriſi nemo rectè dubitat, quin ea ſit φαρμακείᾳ potiùs quàm φλεβοτομίᾳ tollenda. Sed de uera eiusque differentijs iam enumeratis controuerſia eſt.

Etiamſi in phlegmone uerâ ingens ſit morborum & ſymptomatum συμπλοκὴ ut intẽperies & dyſcraſia calida eaque

materialis ſanguinis copia & exuperantia conſtans, tumor præter naturam, ἔμφραξις & obſtructio, & cæt. illi tamen affectus non poſtulant peculiarẽ curationem: quia non ratione quâ affectus ſunt & morbi hîc concurrunt, ſed prout rationem habent ſymptomatum, quibus non peculiaris conuenit curatio, quippe quæ ſponte ſublato morbo recedant & euaneſcant. Si namque repletionem illam partis inflammatæ, quæ indicat euacuationem, ſuſtuleris, reliqua omnia mala ſpontè euaneſcunt, cùm illorum etiam cauſa ſola fuerit partis repletio: Quare illa

euacuatâ restinguit calor dyscrasia calida, vtpote quæ à calido humore qui iam est euacuatus fuerit causata: cessabit statim continui solutio sublatâ sanguinis copiâ, qua distendere & diuellere quasi partis cótinuitatem solet: recedit asperitas & propter calorem restinctum & humoris asperitatem facientis absumptionem: conquiescet denique omnis quæ aderat tùm obstructio, tum meatuum & pororum angustia. Quia itaque commemorati affectus omnes coniungebantur, ut symptomata quædam excitata à partis nimia repletione, quę sola morbi

& affectus rationem ſuſtinuit, utique illa repletione ſublata per euacuationẽ, meritò ſpõte ceſſant & ſoluuntur illa, nec peculiare aliqd pro ſui depulſione requirunt, ſed manet etiamnum unicus ille euacuationis ſcopus, cuius Gal. in lib. artis paruæ cap. 95. meminit. Siquidem conſtat etiam alios quandoq; affectus, qui reuerà morbi ſunt, & ut morbi ſunt, peculiares indicationes exhibent: eas tamen non exhibere ſi non ut morbi, ſed ut ſymptomata quędam ad alios affectus conſequantur, ut ſi cum pleuritide febris copulatur, nihil ipſa per ſe indicat, ſed curato af-

to affectu principali spótè illa soluitur, etiamsi ipsa febris alias, si affectus solitarius fuerit, certas indicationes nobis exhibeat, ut sic distinguere omninò oporteat cóplicatos affectus, &uidere nùm affectus an tantùm symptomatis rationem habeant. Porrò pleurisis ut & aliæ inflammationes pro causa habet repletionem seu sanguinis copiam & exuperantiam qui duplici modo causæ rationem & uim sortitur: uel enim est causa tantùm antecedés, quatenus uidelicet etiamnum influit & influere potest, uel est causa coniuncta, quæ non consrderatur eo re-

ſpectu, quatenꝰ adhuc aliquid affluit uel affluere poteſt: ſed quatenus tenaciter iam fluor impactus eſt. Pro qua cauſarum ratione alia atque alia facienda ſunt: Siquidem cauſam coniunctam reſpicientes euacuationem ſimpliciter adhibemus, ut omnimodo impactum fluorem euacuemus ex particulâ inflammatâ: ſed cauſam antecedentem conſideramus, θεραπείαν & προφύλαξιν ſimul adhibemus, repellentes nimirum & euacuantes, quemadmodum talis quoque cauſa antecedens partim ex fiente, partim ex facto eſt compoſita, & illius ratione προφύλαξιν repel-

pellendo nimirum & astringendo fluxum: huius verò respectu θεραπείαν, euacuantes scilicet id quod factum & impactum est adhibemus. Causæ ergò coniunctæ, ipsius morbi, nempe, phlegmones propriè competit ἴασις quæ euacuatione perficitur. Quicunq; enim morbi ex repletione fiunt, euacuatio sanat, & aliorum contrarietas, teste Hip. lib. 1. aphoris. Sed quo pacto illa repletio tollatur & qua ratione humor repletionem faciens euacuari possit ac debeat, nũ per uenæ sectionem, an purgationẽ, an per scarificationem, aut aliam euacuationis speciem de hoc
non

non conuenit inter medicos. Sanè cùm id quod in parte inflammatâ continetur & causæ coniunctæ rationem obtinet, est ἀνομοιομερὲς & aliæ in eo sunt partes crassæ, terrestres nimirum & aquosæ magis: aliæ tenuiores, ut aëreæ & igneæ ex his siquidem sanguis omnis ceu quatuor diuersos humores in se continens cóstat, meritò crassiores illæ portiones sensibili uacuatione egent: tenues autem in uapores conuersę insensibiliter euacuari possunt. Etenim tenues istę partes magis attenuantur, & resoluũtur ut iã deposita priori specie in uapores transeant, & cócedãt pro-

propter calorem ſcilicet, tùm noſtrum tùm medicamentorum διαφορητικῶν, qui hoc pacto humidum quodque attenuare & in halitus conuertere poteſt.

Senſibilis autem uacuatio illa cauſæ coniunctæ nulla eſſe poteſt commodior, quàm ipſa purgatio idonea eaque ualidior. Eccoprotica ſiquidem & mitiora è prima duntaxat corporis regione: mediocria è uaſis maioribus: ualentiora ex corporis habitu ſingulisque partibus euacuant. Si igitur περιττὸν illud heterogeneum partim in habitu corporis, extraque uaſa: partim intra uaſa con-

consistens euacuandum erit ualidiora profectò pharmaca requiruntur quàm eccoprotica & clementiora sunt quorum uis antè liquescit quàm humorem phlegmones impactum pertingat. Quò enim pars quęq; distantior, quæ malum fouet propulsandum, eò difficiliùs medicaméto cedit. Maior quippe in propinquum uis est, in distans minor. Nec uideo quid mali uel periculi impendeat ægrotanti: Si is conuenientem purgationem eamque ualidiorem, tutam tamen & longo usu comprobatam accipiat à medico docto. Sanguinis misio (ut dictum) com-

cõpetit causę tantũ anteceden ti, qua per retrocesſũ & sangui nis translationẽ ex ipſis minimis uenulis & arteriolis, quas replet & diſtẽdit, sanguinis illã redundantiã subtrahimus & reuellendo diminuimus. Nec putandum elapſum humorem illũ, qui immediatè progenerauit phlegmonem in uenas ſubire & reſumi; ſed per ſputa ut plurimũ uel euaporationẽ uel (quòd tutius & meliꝰ) per purgationem ualidam tutam tamen educi commodè.

Irritari purgatione ſanguinem & cieri Medicis à regulâ citatâ ſtantibus concedimus: ſed ita irritari ut phlegmonẽ

augeat

augeat uel nouam progignat pernegamus. Quandoquidem ut fusio & colliquefactio sanguinis sic & pturbatio & agitatio eiusdem phlegmonem nunquam progignet: nisi simul copia & exuperantia (quę iam per antegressam uenæ sectionem euidenter est diminutâ) assit ipsius sanguinis, qua pars inflammata præter naturam, repletur atque distenditur. Vt Gal. multis φαινομένοις atque rationibus idipsum testatur. Quod si (de quo tamen adhuc controuersia meritò) à tenui & bilioso sanguine citra exuperantiam pleuritidem fieri statuamus; tamen purga-
tio-

tionis conueniẽtis exhibitione tantùm abeſt pleuritidem incremẽtum ſumere: ut potiùs cholagogo uel hydragogo ſeroſitatem & tenuitatem ſanguinis pleuritidem cauſatam tollente, illam ipſam tutò, citò & iucundè propulſet, ægrũq; in priſtinum ſanitatis ſtatum reſtituat. Fruſtrà debilitatem ægri obijciunt, quam ſentire affirmant ex pharmaco. Si namq; ἐν τῇσι ταραχῇσι τῆς κοιλίης οἷα δεῖ καθαίρεσθαι καθαίρωνται, συμφέρει τε καὶ εὐφόρως φέρουσι: cur debilitatem & uirium iacturam ſentiet æger, pharmaco idoneo cauſam morbi & infirmitatis euellente. Ipſi uideant, quo pacto ſe

tueri queant: Si ex ſiniſtra pharmaci exhibitione δυσφορία cum uirium deiectione & grauiore ſymptomatum moleſtiâ, ſequatur. Ridiculum & ualdè puerile argumentum, quo inſtant: pharmaco pleuriticis ad cauſam coniunctam euacuandam exhibendo ſputum impediri, adeoq́ue naturę conatum interpellari. Quid tum poſteà. An non ſatiùs fœtidam, atque corruptam cauſę continentis materiam per aluum & urinam (quam euacuationem natura ipſa ſpōte molitur) euacuari: quàm per pulmones & hinc per aſperam arteriam ſputi formâ? An non ſæpiſ-

sæpiſsimè peripneumonias, tabem & alia grauia πάθη sputi pleuriticorũ excreationi ſuccedere præter Hip.lib .Aphoriſ. ipſa teſtatur experientia? quæ omnia mala ritè administrata purgatione præcauentes amoliri poſſumus & debem9. Sed ſatis de hac materia, cuius perfunctoria diſcuſsione nequam medicis carnificinam ἐν τῇ φαρμακείᾳ exercendi feneſtrã aperire uolumus, oſtenſuri ueram duntaxat & tutam pleuritidi medendi rationem.

Fuſiùs hac de materia vt & de omnibus alijs quæſtionibus medicis controuerſis agemus in ſectionibus noſtris quæſtionũ medicarum phyſicarum.

CVRATIO XXI.

Conuulſionis manuum incipientis Epilepſiæ.

RVſtici cuiuſdam Bachagelen-

Conuulsio manuum Epilepsiæ. lensis uxor quadraginta nata annos graui manuum uexabatur conuulsione cum dolore intolerabili, qui etiam artus reliquos exercebat, citra tamẽ spasmum. Initium Epilepsiæ simul aderat. Vrina pallida erat & turbida. Cura sic à me fuit instituta.

Purgatorium.

Purget. R. Aq. florum tiliæ vncias sex.

pul. senæ laxat. drachmam unam sem.

Misce.

Diæta.

Potus: uinum saluiatum & hyssopites.

Balneum. *Balneum.*

Tertio

Tertio à purgatione die lauabat in decoctione chamomæl. granor. iuniperi, artemisiæ.

His ita administratis paucis diebus cõualuit integrè. DEO omnipotenti sit laus, honor & gloria in secula seculorum, Amen.

CVRATIO XXII.

Hydropis, Anasarcæ.

Hydrops. Anasarca. Gundelfingen.

CIuis Gundelfingensis cùm ageret annos uigintiquinque, incidit in hydropem anasarcam dictum: corpus æqualiter intumescebat: asthma & difficultas spirandi urgebat: sitis & inappetentia simul infestabant. Vrina mingebatur

cruda, turbida. Curatio hæc fuit perbreuis quidem, certa tamen & certiſsima.

Diæta.

Potus uinum abſinthites.

Catharticum hoc nobile in hydrope efficaciſsimum decerno maximo eoq́ue ſubito cum fructu.

Potio cathartica.

R. Trochiſcorum alhandaal pul. ſcrupul. duos.
Aquæ cichoreę (Decoctum eius præſtat) vncias v.

Mixta ſtent in loco calente per noctem, manè colatura pura ebibatur calidè: quæ cacochymicam corporis ſentinam exhauſit omnem cum om-

nium

nium ſymptomatum relaxatione conſpicua. DEO ſit honor & gloria in omne æuum. Amen.

CVRATIO XXIII.
Melancholiæ.

DOctiſsimi cuiuſdam profeſſoris ſcholæ Lauinganæ eximij uxor prima, uera pietate ornata: poſt trigeſimum ætatis annum ab ordinato menſium fluore, lapſa eſt in melancholiam & prauam cerebri ac ſpirituum diſpoſitionem, à melancholicis fumis profectam: timore inani perculſa multa à ratione aliena efficit inſtar aliorum melancholicorum. Vrina turbida & me- *Melancholia.* *Lauinga.*

lăcholica erat. Accerſitus ego talem medendi uiam inſtituo.

Corpus ab impuritate atrabilaria purgandum cenſui: in quem finem præſcribo hoc purgans.

Infuſum Purgans.

Purgans infuſum.

R. pul. ſenæ ſimpl. vnciam. j.
Cinnamomi acerrimi drach. 1. s.
Zingiberis drachmam s.
Sacharicandi vnciam s.

Bulliant in lib. iij. aquæ per quartam horæ partem: manè bibat colatas uncias ſex calidè: tantundem per duas horas ante cœnã. Duæ hæ uices catharticæ licet munus probè obirent ſuum, ægra tamen nihil

nihil meliùs inde habebat. Quare altero die huius decoctionis uncijs ſex admiſcui Extracti colocynthid. magnitudinē nucis auellanæ magnę, & poſt factam unicam ebullitionem colaturam purè expreſſam exhibui. Paucis horis elapſis ægra inde uomitu plurima phlegmatica, tenacia: aluo uerò liuida melancholica eiecit, cum manifeſto uiriū morbiq; atque ſymptomatum leuamine. Vrina inſuper mox ad naturalem conſtitutionem inclinabat. Ad uitia autem iſta melancholica radicitus euellenda poſt biduum abhinc propinaui ſequentem potionem.

Purgatio.

R. Decocti ſenæ iam pręſcripti uncias tres.

Extracti colocynthidos magnitud. dimidiæ caſtaneæ

Ad ignem miſceantur ſine uera ebullitione: colatura bibatur. Hâc non minora melãcholicorum humorum aluo ſunt excluſa feliciter: ſeneſcẽte mox ex toto melancholiâ huiusq; ſymptomatis. Sed & in curatione hac non negligebantur topica ſequentia: ex quibus leuari mirè ſe quoque dicebat, & ego ſentiebam.

Hypnoticũ.

Hypnoticum.

Lotio.

R. foliorum uitis, uiolarum, lactucæ

lactucæ ana. M.j.
Salicis.
Florum uiolarum, buglossæ, nenupharini ana. M. s.
Cap. pap. albi. num. iij.

Coquantur hæc omnia in libris XII. aquæ ad consumptionem unius mensuræ. Ex hac decoctione manus, pedes, tempora, brachiaq; madefiant per se posteà siccanda. Deindè manè, meridie, & uesperi carpus utriusque manus, uolæque pedum & manuum nec non tempora illinantur sequenti unguento.

Vng.

R. Ol. uiolarum. mandragoræ, nenupharini ana unciam. s. N.

s.N.muscatæ scrupulum
sem.Croci gran.v.
Opij grana iij. Ceræ s.q. Fiat
vng.

Sternutatorium.

In curatione manè & uesperi utebatur sternutatorio meo cum moscho.

Ad corroborãdum cerebrũ & reliquias mali melancholici discutiendas, tum etiam ad præcauendum ὑποστροφὴν eiusmodi pileolum conficiendum curo.

Cucufa.

R. Corticum citri sicci unciã s. Cyperi, caryophyll. ana drachmas ij. Cocci infectorij scrup. iiij. coriandri præpa-

ati drach. ij. s. Sampſuchi ſic-
i, betonicæ ſiccæ ana drach. s.
tæchados Arab. roſar. rubr.
na ſcrup. ij. Fiat ex his puluis
raſsiuſculè contritus, ex quo
ileolus conſuatur ſtriatus:
uem ægrotans dies noctesq́;
eſtet. Hoc curationis ordine
rofeci, ut DEO opifice & mo-
eratore in integram ualetu-
inem ſit mulier iſthęc reſtitu-
a. DEO ſit gloria. Amen.

CVRATIO XXIII.

Pleuritidis.

Pleuritis Lauinga.

SEnator Lauinganus annos natus triginta incidit in exi-
ialem pleuritidem, quam ob
magnitudinem crebra & ue-
emens difficilisq́ue reſpira-
tio

tio ſequebatur, tuſsis ualida premebatur, febris ingens uexabat: cum uirium defectione, uigilijs, inappetentia ſumma, animi deliquijs, diarrhæa denique nigrarum deiectionum accedebat. Deſperat⁹ erat hic homo, & prętet iam dicta lethalia ſymptomata ipſum potiſsimum profluuium idq́; nigrum mortem in propinquo eſſe portendebat. Hip. inquit lib. 6. aph. part. 16. A' pleuritide aut pulmonia detẽto, diarrhœa ſuperueniens κακὸν. Ego ab amicis & ægri uxore ac liberis etiã atq; etiam rogatus, nihilo ſecius DEO opitulante ſalutarem hanc opem tuli.

Diata.

Diæta.

Cibus, Iuſcula.

Potus, Decoctū hordei, hyſſopi, roſarum, uiolarum & cæt. ut in. 1. 2. & 3. Centuria deſcribitur.

Euacuationem hanc ſymptomaticam à natura malignitate materię irritatâ excitatam iuui blando hoc cathartico.

Purgans bolus.

R. Caſsiæ florum unciā ſem. *Bolus purgans.*
Conſeruæ roſarum drachmam ſem.
Fiat Bolus ante cœnam mox ſumendus.

Hoc ſumpto ſimul atq; iterum citabatur aluus, mox autem ſubſtitit. An ſymptomati-

cæ euacuationes medico ue[illegible] sistendæ uel iuuandæ in quæ[illegible]stionibus nostris disputabi[illegible]mus latè.

Ad expectorationem pro[illegible]mouendam (sputum enim dif[illegible]ficulter ægro procedebat) Li[illegible]ctum hunc præscribo sæpissi[illegible]mè usurpandum: qui sic sonat

Lohoch.

Lohoch.

R. Syrup. de liquiritia, de hys[illegible]sopo, acetosæ. sim. an. vn. j[illegible]

Oxymell. squillit. drachmas sex. Misce.

Ad robur cordi conciliandum & deliquia animi prohibenda Epithema decreui eiusmodi.

Epithema.

Epithema. *Epithema.*

R. Aq. roſarum, endiuiæ, aceroſ. borrag. Bugloſſæ, ana vncias duas.

Vini maluatici, vnc. vnam.

Specierũ de gemmis frigid. drach. duas.

Specier. cordial. ſimplicium ſcrupul. duos.

Miſce.

Hoc Epithemate pulſus, tempora, nareſq́;, crebro irrigentur, Huic meæ curationis methodo deploratus ęger obſecutus optatam valetudinem præter omnium ſpem integrè, DEI beneficio & uoluntate eſt adeptus.

CVRATIO XXV.

Retentarum ſecundinarum, mariſcarum vteri.

Retentæ ſecundinæ mariſcæ vteri.

EPhippiopęi Lauingani uxori poſt partum ſecundinę retinentur; à quarum excluſione arte procuratâ mariſcæ tres ſeu condylomata in uteri ceruice oboriuntur, cum ardore & dolore tanto, ut fluxus ſanguinis à partu & editione ſecundinarum excitatus magis inualeſceret cum febre graui, delirio, uigilijs, & ſiti inexplebili. Cura eiuſmodi deploratæ mulieri à me eſt inſtituta.

Diæta.

Cibus, iuſcula gallinarum, alimenta, εὔχυμοι καὶ ταχέως καὶ ἀθρόως τρέφοντα.

Potus, Decoctum hordei ſaccharâtum, & aqua cum cō-ſerua roſ. bugloſſ. borrag. tra-iecta ad ſatietatem bibenda.

Oleum.

Ad ſecundinas citò protru-dendas iubeo quater in die o-lei mei cathartici guttas ali-quot umbilico infundere, & linteolum tenellū ac læue eo-dem oleo imbutum deſuper applicare. Huius olei mei uir-tute mox ſecundina procidit, inſequētibus nihilominus ſu-pra enumeratis uitijs & ſym-ptomatis: quæ tamen breui & facili hac cura ſum amolitus. *Oleum.*

Epithema.

Cordis feruorem & calorem *Epithema.*

præter naturalem extinguere studui hoc leui Epithemate.

R. Aceti fortis, aquæ ana vncias sex.

Albumin. ouorum num. iij.

Hæc conquassentur in aceto & aqua ad spumæ generationẽ: posteà linteola madescant, hic dein pulsus manuum, ad caloris remissionem. Inde ardor mitigatus breui est.

Ad alliciendum somnum & uigilias atque delirium exterminanda hypnotica hæc paranda curo.

Hypnoticum.

Hypnoticũ. R. Ol. uiolarum, mandragoræ: nenupharini ana unciam sam, N. muscatæ scrupul. sem.

Croci

Croci grana quinq;, Opij grana tria, Ceræ q.s. Fiat Vng. quo solę pedum, manus utriusque tempora atque pulsus manuũ illinantur. Ante uerò hanc unctionem caput, manus & pedes manè nec non uesperi lauentur hac Decoctione.

Lotio. *Lotio.*

R. fol. uitis, uiolarum, lactucę, ana M.j.
Salicis, florum uiolarum, buglossæ, nenupharini ana. M. s. cap. papaueris albi nu. iij.
Coquantur in iij. mensuris ad cõsumptionem unius pro lotione membrorum iam nominatorum. Vtriusque huius medicamenti beneficio som-

num repetebat blandum.

Mariscas seu condilomata eorumq́; dolorem deieci oleo sulphuris nostro.

Ad symptomata & affectus secundinam eiectam consecuta ex toto profliganda exhibui.

πανάκεια

πανάκεια.

R. Aq. terræ sanct. vnc. quinq;.

His exhaustis in lecto benè contecta sudauit affatim promanante sudore fœtidissimo. Atq; his omnibus peractis incolumitatem perfectam, ægra pro deplorata relicta, DEI clemẽtia, & curationis meæ ope, recuperauit. DEO uni & soli sit honor & gloria in omne æuum.

æuum. Amen.

CVRATIO XXVI.

Pleuritidis veræ.

MErcenarius Lauinganus, annus natus quadraginta & unum, delabitur in pleuritidem grauem: quem ſubleuaui facili hac cura, certa tamen. *Pleuritis vera. Lauinga.*

Phlebotomia.

Antecedenti cauſæ tùm reuellendæ tùm deriuandę innitendũ duxi phlebotomia, quæ fiat in affecto latere ſectâ hepatica. Dolor inde ſe remiſit.

A`uenæ ſectione ad proximam cauſam extirpandam conuerſus ſuadeo hanc potionem.

Potio cathartica.

R. Aquæ cardobenedict. vncias ſex.
Elect. de ſucco roſarum drach. ſeptem.
Miſce.

Hauſtu feliciter operante conualuit quatuor dierum ſpatio.

Diæta.

Potus erat Decoctum hordei ſaccharatum, cibi iuſcula.

CVRATIO XXVII.

Icteri nigri.

Icterus niger. Lauinga.

STudioſus ſcholæ Lauinganæ, Viennenſis Auſtriacus, juuenis eruditus & modeſtus, cùm annum ætatis compleret uigeſimum primum ictero nigro corripitur, uiuido colore totius

totius corporis pereunte, & huic ſubliuido ſuccedente. Affligitur ſimul capitis dolore, anorexia, & cæt. Vrina erat crocea, ad nigredinem inclinãs, ſpumoſa. Homini icterico ſic medeor.

Potus catharticus & hydroticus.

R. pul. ſenæ laxat. vnc. unam.
Rheubarbari electi drachmas duas.
Rhapótici drachmas tres.

Inciſa incidenda imponantur menſuræ uini abſinthitæ per diem naturalem. Altero die manè bibat ex hoc uino cathartico & hydrotico colatas uncias ſex calidè, & in lecto benè contectus ſudet ad uiriũ

tolerantiam. Postquã tres dies ita sudauit, & natura uini huius absinthiaci uirtute tàm per sudorem quàm per aluum noxia icterum nigrum causantia ex parte euacuauit: quarto ab hinc die dedi catharticam potionem in hunc modum.

Ad sudoriferis purgantia addenda in quæstionibus nostris fusè disputabimus.

R. Vini huius absinthiaci uncias quatuor.

Extracti Esulæ magnitud. castaneæ. Misce.

Colaturam frigidam bibit ex quâ non tam concitatus uomitus pituitosorum & biliosorum humorum, quàm excrementa citrina magno pondere per aluum deiecta. Hinc mirè alleuatum corpus sentit æger: & uri-

& urina naturalis apparuit.

Verùm quia ex ſignis & ſymptomatis non planè euaneſcentibus collegi, adhuc magnamſubeſſe noxiorum uim, quæ ὑποστροφὴν inducere poſſet, repetere iubeo eundem hauſtum ex uini abſinth. uncijs quatuor & Extract. Eſul. conflatum: qui cùm ſentinam exhauſiſſet reliquam, iuuenis à malis enumeratis liberatur perfectè.

Diæta.

Potus erat Decoctum fragariæ, paſſular. Manuumque Chriſti.

Lotio.

Corneâ oculorum tunicâ icterico

cterico colore infectâ, suasi ut manè, meridie & uesperi illam madefaceret aquæ rosarũ guttis, quibus mox depulsa quoque oculorũ citrina & subliuida hallucinatio est. Sicq; rectè cessit curatio omnis ad DEI laudẽ & iuuenis huius pristinam sanitatis integritatem.

CVRATIO XXVIII.

Inflationis ventriculi & ventris.

Inflatio vẽtris, vẽtriculi.
Lutzingẽ:

RVstici Lutzingensis filia nata annos octodecim tentatur uentris tumore & inflatione cum murmure & coaxatione ranarum sonôra. Ieiuna puellâ, ranas coaxantes omnes audiuerunt non obtusè audien-

audientes. Originem mali ſe contraxiſſe aiebat fœmina ex potu aquæ paluſtris: cùm uerno tempore in ſolis intenſo æſtu ſitibũda pecoris curam haberet, nec ſuppeditaret alia aqua præter dictam. Et quia ab eo tẽpore indies deteriùs ſeſe habebat, uentre in tumorem ſublato & menſis ſpatio ranarum clamore & uociferatione moleſtâ ſubortâ: ſuſpicabatur, ſe ſimul cum aqua iſta paluſtri Ranarum genituram (uulgò Froſchleich uocatur) ebibiſſe. Confirmabat ſuſpitionem puellę pręter manifeſtam ranarum coaxationem tempus uernum, quo multa ex ſemine,

mine, pleraque ſine paris com plexu & adminiculo ex limoſaudaq; uligine ſolis tepore & interno principio ac λόγῳ πλαστικῷ mediante putredine naſcũtur. Beſtiolas autẽ & eiuſmodi animantia in corporibus noſtris progenerari poſſe anile deliramentum non eſt, nec phyſicis præceptis aduerſum. Sed ad curã. Vſa eſt hæc uirgo ruſtica multorum multis remedijs, citra tamẽ euidentem releuationem. Ad me deducta primùm exhibeo uomitiuum hoc & catharticum:

Vomitiuum.

R. Aq. terræ ſanctæ uncias quatuor.

Inde citatus uomitus copio-
us. Postero die exhibeo hanc
otionem.

Purgatorium.

R. Extract. colocynth. ma-
nitud. nucis.

Aquæ fontanæ vnc. quinq;.
Facta ebullitione maceren-
ur per noctem: manè colatu-
am clarā bibat. Hoc purgante
ota radix & seminarium ani-
nalculorum istorum fuit exe-
tum, excretis plurimis, sordi-
lis, tenacibus & phlegmaticis
umoribus. Transacta purga-
ione & corporis euacuatione
egra sanitati restituitur inte-
græ: ita ut per uictus rationem
robam & exactam depulsā
macie

macie incrementum corporis conſpicuum capiat: euaneſcẽte lurido colore, floreſcat eleganter, quaſi mãgonio perpolita. Ranas autem uiuas uel mortuas cum excremẽtis fœtidis etiã ultrò citroq́; percunctari luſtrare non potuimus. An flatus ex colluuie iſta & impuritate in epigaſtrio coërcita à calore innato ſuſcitati coaxationem iſtam ranarum (quod ueriſimile) fuerint ementiti? an uerò ipſa ranarum cerea & tenella corpuſcula ui medicamẽti, anguſtia locorum, caloris innati uirtute, ἀναστοιχειῶσει diſſoluta uerſus aqueam, ex qua ſunt conflata,

lata, naturam, docti iudicent. Et ego iudicarem si certò mihi constaret de antecedentibus. Probabilia utrinq; occurrunt. Hoc affirmo: sonitum uel murmur quod meis percepi auribus planè coaxationem ranarum expreßisse.

CVRATIO XXIX.

Retentæ secundinæ.

Retenta secundina.

Lauinga.

REuerendi Domini Diaconi Ecclesiæ DEI catholicæ Lauinganæ uigilantißimi uxori piæ & honestæ post fœtum in lucem æditum, secundina remoratur, cuius secundina remoratur, cuius remoram sustulimus hoc pacto.

Oleum Heraclij.

Porrigimus puerperæ guttas decem Ol. Heraclij exhauriendas.

Oleum catharticum.

Oleum noſtrum catharticum umbilico inſtillandum iubemus. Ex quibus duabus medelis mox retenta ſecundina eiecta cum puerperæ leuamine. DEO ſit laus & honor in omne æuum. Amen.

CVRATIO XXX.

Melancholiæ.

Melancholia.

Cluis Lauingani filius annos natus decem tentatur melancholia & dolore capitis. Sanatur à me pauperculus hunc in modum.

Purga-

Purgatorium.

R.pul.ſenæ laxat.drach.ſem. Iuris piſorum uncias tres. Miſce.

Ad conciliandum ſomnum præſcribo ſomniferum hocce.

Somniferum. *Somniferum.*

R.Capit.papauer.albi.num. v.coquantur in menſurâ aq.ad dimidias. Decocto hoc manꝰ, brachia, & pedes irrigentur ſponte ſiccanda: & temporibus frontique lintea tripla eadem imbuta decoctione adhibeantur. His ſomnum capere cœpit, purgatione probè operatâ & ualetudine in priſtinum ſtatum reductâ.

CVRATIO XXXI.

Renum & lumborum doloris.

Renum & lumborum dolor. VVertingen.

SAcrificus VVertingensis egressus annos triginta, affligitur graui lumborum & renum dolore cum febre erratica. Mingebatur urina cruenta & confusa. Recreatur mox DEI clementia & ope mea hoc pacto.

Definio ipsi eiusmodi potionem: à cuius operatione statim meliùs se habere sensit, & minxit urinam naturalem.

Potio.

R. Aq. rad. urticæ vnc. vj.
Pul. senæ laxat. drach. vnam sem.

Pul. leporis combusti drach. semiss. Misce.

Diæta.

Potus Vinum erat, in quo per diem naturalem radices urticæ contusæ macerentur: Vinum ad nephritidem & lithiasin efficacissimum.

Venæ sectio.

Aperiat manè hepaticam: à meridie ischiaticam uenam iuxta malleolum exteriorẽ tundendam curet. Hac curandi uia liberatur sacricola. DEO sit honor.

CVRATIO XXXII.

Icteri.

RVsticus VVeysingensis, cũ haberet annos quadraginta *VVeyssingen.* *Icterus.*

ſex, tenetur ictero & difficultate ſpirandi: quem mox Laconicè in integrum ſanitatis ſtatum reſtituo hoc modo.

Purgans hauſtus.

R. Iuris piſorum vnc. ſex.
Pul. ſenæ laxat. drach. vnam ſ.
Miſce.

Fiat hauſtus manè bibendus, qui fomitem icteri aluo ſolutâ prolectauit blandè.

Diæta.

Potus, Decoctum erat Fragariæ.

Phlebotomia.

Apertusâ hepaticâ conualuit. DEO ſit gloria.

CVRA-

CVRATIO XXXIII.

Colicæ paßionis.

DOminus Præpositus cuiusdam cœnobij cõpletis annis triginta quatuor ex diuturna alui constipatione delapsus est in exitialem colicam passionem, quam demulcere medici cuiusdam urbis Imperialis non procul à cœnobio dissitæ, conati sunt operosâ manu administratis tam clysmatis quàm potionibus. Aeger tantum abest, ut istorum medicorum ope aliquid perceperit relaxationis: ut potiùs colicus dolor magis magisq; inualesceret, symptomatis cunctis in deterius abeuntibus. Acci- *Colica passio.*

tus ego deploratum uideo Dominum ægrotantem: medicamenta, quæ plurima medici illi, tàm suprà quàm infrà exhibuerũt inefficacia corpori adhuc adhærescere malum colicum exacerbãtia inaudio. Aegrotanti desperato auxiliares meas manus maiorem in modum flagitanti diuino auxilio adiutus ita auxilior.

Enema.

Enema hoc exhibeo: R. Iuris gallinacei benè saliti vncias sex. Extracti Esulæ drachmam unam sem. Bulliẽtia hæc simul ad ignem, colo: colaturæ admisceo Olei sem. Lini uncias sex. Fiat clyster, quem inijcio.

jcio tepidè. Cùm horam dimidiam operatio differretur, sequentem porrigo haustum.

Haustus purgans.

R. Aquæ feruentis vnc. quatuor.

Extract. colocynthidis magnitud. castaneæ exiguæ.

Dissoluo hæc ad ignem excitata unica ebullitione: pòst colo, colaturæ admiscens Mannæ mastic. opt. vnc. tres.

Aquæ cinnamomi vnc. s. misce & fac potum.

Hoc exhausto mox obstructio alui expedita fuit, semel atque iterum scybalis tenacissimis & fœtidiss. excretis ad libras aliquot. Verùm cùm al-

uus à tribus deiectionibus supprimeretur nec dolor colicus mitigaretur, iubeo descendere in Balneum Aquæ dulcis, in quo grana Iunip. & flores chamomelini erant decocta. Exinde non modò operatio medicamentorum egregiè promouebatur, sed & dolor sopitus omnis, redeunte appetitu, somno & sublatis omnibus symptomatis, quibus extremè antè periclitabatur. Hoc itaq; pacto, iste Dominus DEI benignitate & curationis meę beneficio deploratus antè pristinam sanitatem recuperauit, DEO sit gloria.

Balneum.

CVRA-

CVRATIO XXXIIII.

Febris quotidianæ.

SEcretarius monaſterij N. N. annos natus ſexaginta & unum affligitatur longo dierum numero pertinaci febre quotidiana: adiuncta erant, anorexia, icterus, laſsitudo totius corporis, & cæt. Talem ægrotanti meditor curam. *Febris quotidiana.*

Diæta.

Potus Vinum abſinthites: vel Decoctum rad. petroſelini.

Hidroticum.

Hidroticum ſequens parandam conſulo.

R. Origani, florum centaurij minor, cardobenedict. ana M. ſem.

sem. Croci scrupulum unum granorum alkakengi contuso-rum unciam unam. Decoquantur in octo libris aquæ ad consumptionem dimidiæ & amplius.

Ex huius hydrotici decoctione singulis diebus manè bibit calidum haustum ad uncias sex, & in lecto arctè contectus sudauit ad febris ἀπυρεξίαν.

A' sudatione propinaui catharticum hoc uinum, quod sic habet.

Haustus purgans.

Rheubarb. electi incisi drachmas duas.

Rheupontici incisi drachmas duas.

Pul-

Pul. senæ laxat. unciam sem.
Hæc simul macerentur per noctem & sequentes dies in lib. tribus uini absinthitæ: ex quo bibat manè & per horam ante cœnam ad uncias sex frigidè. Hinc à febre & ictero euasit quidem: sed appetitus adhuc erat prostratus, urgente simul lassitudine totius corporis. Quare ne febris ὑποστροφὴ quoque pertimescenda foret, præscripsi hoc infusum.

Infusum catharticum.

R. Trochiscorum alhandaal
pulucrat. drach. unam.
Vini generosi vncias sex.
Macerentur unà per noctẽ, manè colaturam puram bibit, quæ

quæ exactè munia citatis crebris deiectionib9, executa su... pristinam à secretis homin... pio restituit sanitatem. DEO τῷ ἀρχιάτρῳ sit laus, honor, & gloria in omne æuum. Amen.

CVRATIO XXXV.

Odontalgiæ.

Odontalgia. Dentium dolor.

DOminus Præpositus inclyti cœnobij cuiusdam annos natus quadraginta sex intolerabili dentium dolore excruciatur dies noctesque, tantis quidem, ut nullis medicamẽtis mitigari possit: uocatus ego gargarismum sequentem definio.

Gargarismus.

R. Origani, betonicæ, saluiæ ana M. s.

Semi. nigellæ drach. duas.

Corticum granator. unciam vnam.

Rosarum immaturar. in nodis existentium M. s.

Pyrethri drach. duas.

Staphidis agriæ drachmam vnam.

Decoquantur in vini rubel. libris duabus & librâ vnâ a- ;eti rosati, ad cõsumptionem nciarum sex. Decoctione hâc olluit os, & simul in ore por- unculam huius gargarismi ontinet tantisper dum tan- um humoris noxij è laboran- tibus

tibus partibus eius efficacia eli ciatur, quantum muſculos maxillas diducentes copiâ grauatos expuere oporteat. Idq́ue ſemel atq; iterum repetijt, donec tandem dolor atrox leniretur. Ad acrimoniam oris & faucium cùm ex gargariſmatis tum humorum mordacium acredine contractam retundēdā ſuadeo os elui lacte tepente caprino. Triduo abhinc recrudeſcit cruciatus dentium, quē prætermiſsis pharmacopolij pharmacis triſtis leuaui Ol. Heraclij meo, linteolis in eo madefactis & dolentibus dentibus, qui acredine humorum excauati apparebant, adapta-

aptatis. Horum linteolorum (in defectu linteol. ſumatur goſsipium, quod ad imbuendum Oleum accõmodatius) applicatione multum humoris bilioſi & pituitoſi effluxit ore, ac tandem dolor mitigatus eſt omnis. Goſsypio ole. exhauſto ſemper recẽs ſuccedat, uſque dum omnis deferueſcat cruciatus.

Sacculus anodynus.

Sacculus anodynus.

Odontalgiam ingraueſcentem nõ parum etiam placauit ſacculus hic anodynus. R. ſalis com. M. ij. Torrefiant in ſartagine & fiat ſacculus dolenti maxillæ accommodandus.

CVRATIO XXXVII.

Paralysis. linguæ. VVidlisſingen.

Paralyſis linguæ.

RVſticus VVidliſsingẽſis expletis ſeptuaginta annis ex plagis à fratre ebrio acceptis cadit in paralyſin linguæ, & dolorem lateris dextri uerbera excipientis. Mentis erat compos, ſed loquela deſtitutus. Sanatur à me, DEI benignitate ſic:

Sternutatorium.

Calamo ſternutatorij mei cum moſcho, cuius frequens in Centurijs fit mentio, magnitudinem piſi naribus inflo, idq́; ter. Inde crebriores excitantur ſternutationes.

Oleum ligni Heraclij.

Linguam reſolutam illino ſæpiſsi-

ſæpiſsimè oleo ligni Heraclij.

Subinde cochlear dimidiũ olei Heracl. plenum ſenſim deglutiendum porrigo. Poſtquam ter oleum noſtrum exorberet, ſermo reſtituitur & animi ſenſa indicare articulatè poteſt.

Potus.

Latus dextrum ex uerberum contuſione dolens demulceo linteolis butyro perlitis & deſuper cymino contuſo aſperſis. Fotu hoc remiſit & lateris dolor.

Purgatio.

Præſcribo hanc purgationem ad euacuandas reſiduas impuritates & ſanguinis con-

cretionem, quæ omnem contusionem insequi solet, exterminandam,

R. Extracti Esulæ drachmam unam.

Seri lactis uncias sex.

Misce.

Factâ unicâ ebullitione fiat haustus colandus, colaturam ebibat puram: à qua corpore probè perpurgato integrè postmodum conualuit.

Balneum.

Sequenti die, antequam cõsueta obeat munia à meridie descendat in Balneum aquæ dulcis chalybeatæ.

Lixiuium.

Post balnei egressum caput laue-

lauetur lixiuio quod ex maiorana, pulegio & cæt. constet. His ita ex uoto transactis, desperatus hic æger præter aliorum spem integritati corporis restituitur. DEO omnipotenti sit itidem laus & honor in æternum. Amen.

CVRATIO XXXVII.

Lienteriæ.

VVeisſingenſis quidam annos natus quadraginta sex afficitur Lienteria graui, quam DEI auxilio quod mihi semper in desperatis & grauissimis curandis morbis præstò est, depello leui hac cura, certa tamen. *Lienteria. Vveiſſyngen.*

Diæta.

Potus sit uinum absinthites & aqua chalybeata.
Cibus omnis conficiatur ex aqua chalybeata.
Manè edat panem benè coctum in uino adusto maceratum.

Cataplasma.

Stomachi regioni accommodet Emplastrum ex mica panis secalicei & aceto forti conflatum. His uulgaribus remedijs ille bonus uir à lienteria exitiali euasit.

VVitislingen.

Inflammatio linguæ.

CVRATIO XXXVIII.

Inflammationis linguæ.

PRæfecti pagi VVitislingensis uxor annos quadraginta egressa iactatur æstu linguæ uehe-

uehementiſsimo, linguâ udâ & humidâ exiſtente ſine omni ſiccitate, quæ aliâs linguarum febrilium ardores comitari aſſolet. Huic malo ita à me prouiſum eſt.

Apophlegmatiſmus. *Apophlegmatiſmus.*

R. Aq. terræ ſanct. libras tres.
Mellis uiolac. uncias duas,
Miſce.

Ebulliant ſimul. Poſtea horæ quadrante ſingulo portionem, huius apophlegmatiſmi in ore retineat calidam. A' cuiuſque particulæ expuitione linguam dolore ardētem perlinat Syrupo hoc.

Serapium.

R. Syrup. acetoſ. ſimpl. uncias tres.
Oxymel. ſquillit. drachmas tres.
Aceti ſquillitici dachmas tres.
Miſce.
Illud non modò linguæ ardorem reſtinxit: ſed & multũ & acris ſalſiq; humoris è faucibus elicuit.
Altero die linguæ ardentis dolore utcunque ſedato, ſuaſi Laconicum, cui erat ab infantiâ ægrotas aſſueta.
Laconicum.
Laconicum conſtabat ex decoctione camomillę, origani, pulegij, artemiſiæ, granorum

rum junip. & ſtraminis auenæ, &c. Poſt balneum iterauit lotionẽ linguæ ex apophlegmatiſmo, non omittens Serapium.

Tertio die toto corpore uitioſis ſcatente ſuccis adminiſtro catharticam hanc potionem: reſtincto iam linguæ ardore.

Potio cathartica.

R. Syrup. roſat. ſolut. vncias tres.

Decocti ſenæ unciam. Miſc.

Hinc protinus habere melius cœpit. Conſului tamen προφυλάξεως gratia Vinum hoc catharticum ſuaue. *Vinum catharticum.*

Vinum catharticum.

 R.pul.

R.pul.ſenæ laxat.vnc.ſem.
Rhapontici contuſi drachmas duas.
Rheubarbari electi contuſi drach.vnam.
Macerentur in uini nobilis libris tribus pro aliquot uicibus exhauriēdis, Inde pia hæc matrona DEI benignitate curata eſt perfectè.

CVRATIO XXXIX.

Dyſenteriæ.

Dyſenteria. *VVittiſlingen.*

EAdem matrona anno ætatis XXXIX. dyſenteria corripitur, cum ſiti inexplebili, inappetentia graui, dolore hypogaſtrij acerbo coniuncta. Dies noctesq; ad libras aliquot fœculenta, cruenta & purulenta pluri-

lurima excernuntur. Grauis
anè dyſenteria, iam uidel. ex-
lceratis inteſtinis. DEI omni-
otentis clementia & benedi-
ctione ſanatur tamen à me in
unc modum.

Primum inteſtina à ſordi-
us detergere & humores a-
cres (quibus totum redunda-
bat corpus) in inteſtina impe-
tu quodam defluentes expur-
gare nitor, dando hoc uinum
purgans.

Vinum catharticum. *Vinum catharticum.*

℞. Rheubarb. opt. pul. drachmam vnam ſem.

Imponatur in libra unâ ui-
ni abſinthiaci facta ebullitio-
ne: poſt manè uncias ſex cola-

tas calidè bibat ægra: tantundem uesperi ante cœnam. Huius uini uirtute ingẽs uitiosorum humorum cruore permixtorum copia fuit euacuata: fluxu dysenterico tardiùs procedente.

Diæta.

Potus erat aqua chalybeata: lac amygdalarum dulcium ex aqua chalybeata paratum: uinum rubeũ crassum: Decoctum hordei, rosarum, uiolarum cum fonte rubente iuxta inclytum cœnobium Medingense in diœcesi Palat. scaturiente. Vulgus Rotbrunn uocat. Mirificam habet ille fons medicatus facultatem medendi

omnis

omnis generis fluxionibus. Quod certa fide & experientia testari queo.

Cibus sit siccans ex aqua chalybeata & fonte hoc medicato confectus. Cibus insuper puluerem bistortæ alijs serpẽtariæ aspergebat.

Cùm autem dolore uentris adhuc torqueretur, nec fluxus ex toto sisteretur, suasi Enema hoc nobile.

Clysma.

Accipiat libram unam & dimidiam lactis caprini recentis, in qua silices ignitos extinguat aliquoties: de hinc loco clysteris lac caprinum tepidè inijciendum curet, idque *Clysma dysentericũ.*

ſingulis diebus ad quartum usque diem repetat donec uidelicet remittat & auferatur malum.

Fotus.

Fotus.

Denique fouebatur anus sacculo ex folijs quercinis in aceto forti decoctis parato. Quibus omnibus σὺν θεῷ quarto die rediuiua redditur, aluo firmata nec ampliùs fluxa, obductoque inteſtinorũ ulcere.

CVRATIO XL.

Dyſenteria.

Dyſenteria. *VViteſlingen.*

EIuſdem matronæ filius cùm excederet annum ætatis decimum, matris uitio dyſenterico cum enumeratis ſymptomatis infeſtatur. Sanatur à me leui

leui curâ eaq; facili: quæ ex his constabat medelis.

Diæta.

Bibit aquam chalybeatam. Cibus parabatur ex eadem aqua & ex fonte medicato rubente. Puluis etiam serpentariæ admiscebatur alimentis.

Suffitus.

Glandes quercinas in aceto forti concoquẽdas jubeo, quarum nidorem & fumum ano per sedem perforatũ excepit.

Hinc sedabatur dolor, fluxio sistebatur, & septem dierum numero integras uires redintegrabat.

CVRATIO XLI.

Hydropis incipientis.

Hydrops. incipiens.

Ayslin-

Ayslingen. AYslingensis quidam annos natus uiginti quatuor cadit in initium hydropis ascitæ dicti: symptomata erant difficultas spirandi, tussis, inappetentia. Medebar homini in hunc modum.

Purgatio.

R. Decocti senę vnc. quatuor.
Diaphœnicônos drach. tres.
Diaturbith cum rheubarb. drach. quatuor.
Miscendo fiat haustus.

Hoc mouebatur sæpiùs aluus, aquositatibus multis deiectis. Altero die ad colluuiem uentris prorsus exhauriẽdam & ad symptomata subleuanda sequentem dedi haustum.

Purgans:

Purgans hauſtus.

R. Aquæ hyſſopi vnc. quinq;.
Pul. ſenæ laxat. drachmam vnam s.
Miſce: paretur Hauſtus ieiuno uentriculo bibendus.

Diæta.

Potus uinum abſinthites: & decoctio hordei ſaccharata. Tranſactis feliciter purgationibus uſus eſt Laconico ex Decoct. chamom. origani, hyſſopi, ſtramin. auenæ & florum fœni parato. Inde conualuit.

CVRATIO XLII.

Pleuritidis lethalis.

RVſticum Berckenſem infeſtantis: cum dolore pedum, brachiorum & dorſi. Recrea- *Pleuritis lethalis. Berckeng.*

 tur

tur ab hoc morbo eiusque sym-
ptomatibus vnico hoc medi-
camento.

πανάκεια.

R. Aquæ terræ sanct. vnc. sex.
Has bibit calidè, & poste-
in lecto sudauit solutâ ubertim
aluo etiam.

Diæta.

Potus erat Decoctum hor-
dei, rosarum, uiolar. liquiritiæ,
passular. manuum Christi.

CVRATIO XLIII.

Orthopnææ.

Orthopnæa. Dilinga.

PIscator Dilinganus anno æ-
tatis xxxx. incidit in tantam
spirandi difficultatem, ut non
nisi recta ceruice spiritum du-
cere posset. Desperatus habe-
tur.

tur. Nihilominus deplorato ſalutarem affero opem hac ratione.

πολύχρηστον.

R. Spiritus uitæ aurei vnc. vnam.
Syrup. roſat. ſolut. drach. vnam.

Miſce.

Cùm æger antè decumbere, ſuffocationem ueritus, haud poſſet: huius pharmaci fauſtâ & efficaci ἐνεργείᾳ id conſecutus eſt, ut exonerato diaphragmate faciliùs iam reſpiraret, dormiretque reſupinus cum multorum admiratione.

Tertio abhinc die, ut hominem ex tantis anguſtijs planè

educerem, eundem haustu
pari operatione fructuq; sec
to, dedi.

Diæta.

Potus fuit aqua mulsa, qu
sic parabatur.

R. Saluiæ, hyssopi ana M. j.

Hydromel. Decoquantur in libr. vi
aquæ ad consumptionem
midiæ. Coletur decoctu
colaturæ admisceantur mel
despumati cochlearia tria &
at hydromel uice alterius p
tus bibendum. Concessi int
rim & uinum ex passulis c
rint. edulcoratum.

Gargarismus.

Gargarismus. Singulis horis os faucesq
gargarizet decocto raparu
calen

lente: dehinc lambat eclig-
ma hoc in pectoris uitijs præ-
ans.

Linctus.

℞. Syrup, de liquiritia, de hyſ-
ſopo, acetoſ. ſimpl. ana un-
ciam j.
Oxymel. ſquillit. drach. iij.
aceti ſquillitici drach. iij.
Miſce.

Lambitiuo hoc ut & ante-
edentibus eximiè iuuabatur.
Atque ita paucis diebus inte-
gram ſanitatem recuperauit æ-
ger hic aſthmaticus pro deplo
rato relictus. DEO ſoli & trino,
qui ſæpè per meas curationes
miracula edit, ſit Laus, honor
& gloria in omne æuum. Amē.

CVRATIO XLIIII.

Pleuritidis malignæ.

Pleurisis maligna.

NObilis dominus annos natus decem & octo, cùm in alma Dilinganorum scholâ bonarum artium literis inuigilaret, tentatur pestilentiali pleuritide, erumpente sub axillâ bubone. Accersitus ego extremè adolescentem laborare uideo facultatibus uitalibus iam penè prostratis: curam tamen, ne officio meo defuisse uidear, eiusmodi instituo.

Diæta.

Potus decoctum hordei, cardobened. hyssopi, rosf. uiol. liquiritiæ, ficuum, passul. sacharicandi.

Lohoch.

Lohoch. *Lohoch.*

Vtatur crebrò Ecligmate
oc, quod iam definio.

R. Syrup. de liquiritia,
hyſſopo.
acetoſ. ſimpl. ana unc. unam.
Oxymel. ſquillit.
Aceti ſquillit. ana drach. iij.
Miſce.

In primo aditu, qui erat ma-
tino tempore, adminiſtraui
olum hunc.

Bolus. *Bolus.*

R. florum caſsiæ drach. iij.
Capiat hunc mox ante ci-
um: ueſperi tantundem. Vtra-
ue uice blãdè laxabãt aluus.
einde, per triduum in lecto
ontectus ſudauit affluenter,

pro singula uice sumendo po-
tionem hanc hidroticam ca-
lidè.

Alexipharmacum.

ἀλεξιφάρμακον.

R. Aquæ carduibenedict. vn-
cias sex.
Terræ sigillat. scrup. sem
Misce.

Hac curandi methodo æger
præter Iesuitarum spem inte-
grè etiam citra uenæsectionem
conualuit. DEO gloria.

CVRATIO XLV.

Colica.

Colica. Dilinga.

STudiosus Dilinganus annos
natus octodecim affligitur
colico dolore cum suis sym-
ptomatis coniuncto. Sanatur
à me exili medelâ unico die.

Hau-

Haustus purgans.

R. Extract. Esulę drach. sem.
Aquæ fontanæ claræ uncias quatuor.
Miscendo fiat haustus colandus.

Colaturam bibit calidam, qua probè expurgatus est cum colici doloris remissione. Altero die iterauit hunc haustum & integram, binâ uice cathartica, obtinuit sanitatem.

Diæta.

Vinum, loco potus, indulgeo absinthiten.

CVRATIO XLVI.

Maniæ, melancholiæ.

Mania. *Melancholia.* *Dilinga.*

NObilis alius studiosus collegij Dilingani completis annis

annis ſeptẽdecim, Inſania melancholica iactatur: dolore capitis occipitium maximè occupante excruciatur graui, cũ alijs ſymptomatis, quæ maniæ communia eſſe conſueuerunt. Curatur à me DEI Opt. Max. gratia affulgente hoc pacto.

Primùm conſulo corpori euacuando: in quem finem propino hunc hauſtum.

Hauſtus catharticus.

R. Decocti ſenæ vnc. duas.
Mannæ elect. vnc. ij.
Aq. cinnamomi drach. iij.
Miſce.

Hoc hauſtu nouies operato ſymptomata remiſsiora facta ſunt.

Tertio

Tertio die euacuationem repeto, præſcribens potionem, quæ conficitur ſic:

R. Decocti ſenæ vnc. j.
Syrup. roſat. ſolut. Mont. vnc. ij. ß.
Miſce & fac potionem.

Hanc ebibit manè ieiuno ſtomacho: quæ blandè ciebat alluum cum euidentiori mali relaxatione. Ad furorem humorum compeſcendum, capitis intemperiem immutandã, robur cerebri ac ſpirituum refocillandum, ſomnum deniq; conciliandum decerno primum hoc.

Epithema. Somniferum.

Epithema.

R. Aq. roſarum, acetoſ. endiuiæ,

uiæ, borrag. bugloſſ. ana. un-
cias tres.
Vini Maluatici unc. vnam.
Specier. de gemmis frigid.
drach. ij.
Diarhodon. drach. vnam.
Margaritar. præparat. ſcru-
pul. ij. s.
Fragmentor. lapid. pretioſor.
drach. ſem.
Specier. cordial. ſimpl. ſcrup.
vnum.
Oppij drachmas duas.

Miſce.

Fiat Epithema, quo caput & tempora per lintea triplicata irrigentur manè, meridiè & ueſperi.

Antè autem quàm Epithe-
ma

ma hoc administretur, tempora inungantur Vng. hoc.

Vnguentum hypnoticum anodynum. *Vnguentū hypnoticū.*

R. Vng. de alabastro vnc. s.
Oppij grana ix. Misce.

Hisce medicamentis dulcis obrepebat somnus maniæ senescentis huiusq; symptomatum remissione secuta.

Sed & lotionem hanc ad somnum introducēdum non intermisi, quæ sic sonat.

Lotio Somnifera. *Somniferum.*

R. fol. uitis, uiolar. lactucæ ana M. j.
Salicis, florum, uiolar. buglossæ nenupharini ana M. s.

Capit.

Capit. papa. albi num. iij.

Coquantur in aq. ſ. q. ut ſuprà ſignificatum, pro manuum, pedumq́ue lotione.

Indè intra biduum miraculosè quaſi ad ſe redijt. Quoniã uerò ſiti inexplebili adhuc premebatur, porrigẽdum ſuadeo delicatum hunc hauſtum.

Sitis.

Purgatorium.

R. Aq. Bugloſſæ vnc. ſex.
Syrup. roſat. ſolut. vncias duas. Miſce.

Fiat hauſtus pro duabus vicibus, vna manè, altera ante introitum lecti hauriendis. Sed nec dum ſitis reſtinguebatur: reitero itaque purgationem.

Purgatio.

R. Aq.

R. Aq. fontanæ vncias sex.
Syrup. rosat. solut. vnc. j. s.
Misce.

Bibat frigidè hanc potionem, à qua penitùs à siti liberatus conualuit pancraticè. Deo sit gloria.

CVRATIO XLVII.

Faciei psorosæ & pruriginosæ.

PIctoris Dilingani vxor annos triginta sex nata facie fœdatur asperâ, durâ, pruriginosâ & psorosâ, serpentibus per totam faciem pustulis albis vehementer cutem exedentibus & furfuracea ex se quædam excutientibus. Abstergebam deformitatem istam hoc pacto.

Facies Psorosa & Pruriginosa. Dilinga.

Infusum purgans.

R. Folior. ſenæ mundat. vnciam vnam.

Meliſſæ M. ſcinnamomi electi drach. j.

Sacchari candi drach. iiij.

Bulliant hæc in lib. iiij. aquę per quartam horæ partem: bibat ægra manè, & per horam ante cœnam quotidie ad vncias ſex.

Oleum ſulphur.

Oleum Sulphuris.

Pſoram fœtidam manè & ueſperi inungebat calidè oleo noſtro ſulphuris, quo execta eſt omnis ſcabies. Sed ſpatio unius & alterius menſes recrudùit malum.

Aqua Mercur.

Aqua Mercurialis.

Iubec

Iubeo ergò cutem faciei impetigine denuò deformatam lauari aqua Mercuriali noſtra. Inde DEI benedictione conualeſcebat fœmina, nec refricabat ampliùs malum.

CVRATIO XLVIII.

Tremoris.

NObilis cuiuſdã ſeruus, cùm haberet años uiginti duos, afficitur dolore capitis, dyſpnæa, diſpepſia, tremore totius corporis. Suſpicio erat hęc mala ex philtro hauſto eſſe contracta. Depuli autem omnia hæc uitia antidoto hoc. *Tremor totius corporis.*

Potio bezoardica. *Potio bezoardica.*

R. Vini maluatici vncias ſex.

Rad. asari pul. drach. sem.

Misce.

Hanc bibit calidè & lecto contectus sudauit, uomuit indeq; conualuit.

CVRATIO XLIX.

Epilepsia.

Epilepsiæ.

DIlinganus quidam egressus annum sexagesimum primum singulis horis bis terúe epilepsia repetitis paroxismis corripitur graui suis comitata symptomatis. Sanescit DEI gratia & meo auxilio, hoc modo.

Sternutatorium.

Sternutatorium.

Manè & uesperi lentis magnitudinem sternutatorij mei cum moscho (cuius descriptio in su-

n superioribus Centurijs ex-
tat)naribus inflari iubeo.

Oleum antepilepticum.

Singulis horis quater sen- *Oleum antepile-pticum.*
im deglutiebat olei nostri
Heraclij guttas tredecim.

Diæta.

Cibus, εὔχυμος & εὔπεπτος erat.
Potus, Decoctum florum
iliæ.
Ex his solis diuina affulgen-
te gratia mox in integrum sa-
nitatis statum perfectè dedu-
ctus est.

CVRATIO L.

Peripneumoniæ nothæ.

STudiosus Dilinganus anno *Peripneumonia notha.*
ætatis XIX. tẽtatur peripneu-

Aſthma. *Tuſsis.* *Hectica.* *Dilinga.*

monia ſpuria, cum aſthmate tuſsi, fœtore oris aſsiduo, anorexia febre lenta & ſymptomatica, qua cóficiebatur adoleſcens hic in hecticam pene deductus, coniuncta. Deploratus is, licet multis uidebatur antè operoſa ſtulta tamen cuiuſdam neoterici medicaſtri manu uſus: ſanatur tamẽ mea manu diuina clementia adiuta in hunc modum.

Diæta.

Potus. Decoctum hordei ſaccharatum.

Cibus facilis cócoctu, in ſiccitate, humiditate & calid. nec non frigiditate mediocris.

Infuſum purgans.

Infuſum purgans.

Præ-

Prescripta diæta jubeo preparari hoc catharticum.

R. folior. senæ mundat. vnciam unam.

Cinnamomi electi drachmas duas.

Sacchari candi drach. sex.

Bulliant hæc simul in libr. quatuor per quartam horæ partem. Decocti huius bibat manè & uesperi hora ante cœnam uncias quinq;: ita & sequentibus diebus, dum infusum hoc sit exhastum.

Phlebotomia.

Finita hac euacuatione larga & molli tundēdam suadeo medianam dextri cubiti, qua meliùs se habere sensit symp- *Phleb otomia.*

tomatis mitigatis.

Altera ab hinc ſeptimana a uitia hæc pectoris penitùs exhaurienda adminiſtro ipſi ſudoriferum hoc calidè potandum.

πανάκεια

πανάκεια.

R. Aquæ terræ ſanctæ vncias quinque.

Ex hac multum ſudoris permanauit, uomitu malignorũ humorum ſimul oborto. Altero die tantundem Aquę noſtrę terrę ſanctę accepit, ac in lecto contectus ſudauit cum morbi grauis atq; ſymptomatum leuamine conſpicuo.

Lohoch.

Lohoch.

Ad pectoris uitia expurgãda &

da & sputa crassa, fœtida, & cęt. promouenda usus est crebermimè lambitiuo hoc.

R. Syrup. de liquiritia, de hyssopo.

acetos. simp. ana vnc. j.

oxymell. squillitici.

aceti squillitici ana drachmas tres.

Misce, fac Loch.

Complédæ curationis gratia decerno Electuarium hoc in pectoris uitijs apprimè utile, pro uice unâ.

Electuarium.

R. El. è Zizibis drachmam unam: quam sumat manè, tantundem cubitum iturus, sicque deinceps. Atque his om-

nibus perfectè ſanatus eſt DEO τῷ ἀρχιάτρῳ ſit laus, hono & gloria in æuum.

CVRATIO LI.

Menſium ſuppreſſorum, hydropis, pleuritidis, febris, &c.

Menſes ſuppreßi. hydrops. Pleuritis Dilinga.

EPhippiopæi Dilingani filia annos nata uiginti ſeptem retentione menſium correpta incidit in principium hydropis graue toto uentre & pedibus intumeſcentibus, pleuritidem, febrem cum linguæ ardore, ſitim, tuſsim, difficultatem ſpirandi, &c. Ab hiſce perniтioſis uitijs à me DEI gratia hac ratione liberatur.

Diæta.

Potus. Decoctum hordei

saccharatum."

Gargarismus ad linguæ ardorem.

Gargarizando os colluat frequenter Decocto raparum, & postea lambat cremorē lactis & deglutiat succum raparum.

Potio cathartica.

Potio cathartica.

R. Aquæ cardobenedicti uncias quatuor.

Electuarij de succo rosar. drach. sex. Misce.

Hac propè purgabatur cum releuatione symptomatum: ad quorum tamen extirpationem decreui deinceps hidroticum hoc.

Sudoriferum.

R. Cardobenedicti, cardomariæ ana M.ij.

Decoquantur in s. q. aquæ ad dimidias. Ex hoc decocto bibat quotidiè ad uncias sex calidè & in lecto arctè contecta sudet affatim. Ex his paucis breui dierum numero conualuit integrè.

CVRATIO LII.

Porriginis.

Porrigo.

PRæfectus inferior Fenningẽsis infestatur capitis porrigine, quam Græci πιτυρίασιν uocant, cum molesta, prurigine, idque per annos quinque. Sanatur à me, diuina aspirante gratia, hoc modo.

Tonsura.

Curet

Curet caput tonderi demptis capillis.

Capitis lotio.

Quotidiè curet caput manè & uesperi lauari lixiuij & decoctionis pisorũ part. æ. à lotione caput calentibus linteolis molliter abstergat, post detersionem illinat scabiẽ oleo sulphuris calente. Manè partem porriginis si quæ olei & lixiuij beneficio emollita, tollat pectine eburneo: & sic deinceps, donec omnis sublata scabies. Hoc itaque modo sex septimanarum numero perfectè restitutus est.

Capitis lotio.

Oleum sulphuris.

CVRATIO LIII.

Paralysis linguæ.

Paralysis linguæ.

Archi-

Gundelfingen.

ARchigrammateus oppidi Gundelfingensis quinquagesimum egressus annum tentatur paralysi linguæ cum inquietudine totius corporis, atque uigilijs. Accersitus ego innocato numine diuino talia adhibeo auxilia.

Mixtura antiparalytica.

Mixtura antiparalytica.

R. Aq. fontis vncias sex.
Ol. uitrioli tot guttas, quot suff. ad aciditatem aquæ fontanæ conciliandam.

Ex hâc aqua singulis horis lĕtè absorbeat cochlear unum. At quia inde articulatè loqui cunctaretur, ad mineram mali exhauriendam potionem hãc catharticam præscripsi.

Haustus

Haustus purgans.

R. Extracti colocynthidis magnitud. nucis auellanę. *Haustus purgans.*

Seri lactis vncias duas.

Misce.

Mista simul calidè ebibit, insecuta copiosa per aluum euacuatione, permanente nihilominus linguæ impedimento & ἀφωνίᾳ. Quare altero, à purgatione prima, die euacuationē corporis cachymici & pituitosi repeto exhibendo.

Holagogum. *Holagogū.*

R. Spiritus uitæ aurei unciam vnam.

Syrup. de liquiritia drach. unam. Misce.

Hoc mira aquosæ & serosæ super-

superfluitatis copia educta est, ἀφωνία depulsa, sermoneq; in integrum restituto.

Oleum Heraclij.

Oleum Heraclij.

Ante tamen purgationem hanc, ut & in ipsa operatione linguam paralyticam guttatim perlino oleo nostro Heraclij, cum felici, sanitatis successu.

Laconicum.

His ita prosperè transactis laconico sudorem largum eliciendum suasi, atque eo finito uesperi caput lauari sequenti lixiuio:

Lixiuium Sudoriferum.

Capitis lotio.

R. Aq. fontanæ lib. ij.
lixiuij boni lib. ij.

cap. papauer. albi num. vj.
Coquantur ſimul ad cõſumptionem unciarum ſex: decocto caput lauetur ad ſomnum inuitandum, quem etiam ęger placidè repetebat.

Phlebotomia.

Denique quia dolorem capitis, abolitis cũctis alijs ſymptomatis, ſentiebat, tundi jubeo cephalicam, ex cuius ſectione & ſanguinis modica eductione ſanitati priſtinæ eſt reſtitutus.

DEO τῷ ἀρχιάτρῳ ſit Laus & honor in omne æuum. Amen.

CVRATIO LIIII.

Hydropis aſcitæ.

Ilius Gundelſingenſis annorum *Hydrops aſcites.*

rum octo hydropis ſpecie, quã aſciten uocant, laborabat, uẽtre & pedibus in uaſtũ tumorem creſcentibus, ſiti clamoſa & inextinguibili, uigilijs, tuſsi & difficultate ſpirandi comitata. Conſultus ego duobus inſtrumentis quibus curationem hydropis perfici credebam, ſum uſus: diętetico uidelicet & pharmaceutico.

Diæteticum.

Cibus, paucus & facilis digeſtionis erat.

Potus, uinum abſinthites & ſerum lactis ſaccharatum.

Pharmaceuticum.

R. Diaturbith cum rheubarb. pul. drach. tres ſem.

Iuſculi

Iusculi piſorum q.s. ad duas vices.

Hunc hauſtum diſpertiat in [d]uas partes æquales, quarum [v]nam bibat manè ieiunus, al[t]eram duabus horis cœnam [p]ræcedentibus. Benè duabus [v]icibus puer hydropicus alle[u]abatur, ut à quibus ingens a[q]uei humoris & flatuum copia [e]ffundebatur.

Vnguentum.

Ventrem manè & ueſperi [c]alidè inungat unguento con[t]ra uermes, cuius deſcriptio ex[t]at in diſpenſat. Auguſtanæ [R]eipublicæ. Suſpicio enim e[r]at uermium adeſſe congeri[e]m, quibus hæc ætas maxima *Vnguentū contra vermes.*

ex parte obnoxia esse solet. Etsi verò uenter conspicuè detumescere cœpit, ægerq; liberiùs spirare: quia tamē pedum tumor contumax reliquaque symptomata adhuc grauia cōspiciebantur, sequenti purgationis genere repetitis uicibus est usus.

Purgans infusum.
Hydragogum blandum.

Infusum purgans.

R. foliorum senæ vnc. sem.
Cinnamomi elect. drachmam vnam.
Saccharicandi drach. tres.
Liquiritiæ drach. duas.
Misce.

Coquantur in lib. duabus aquæ per quadrantem horæ. Decocti huius bibat manè vncias

cias tres, uesperi duabus horis ante cœnam tantundem, & sic sequentibus diebus. His profecto assumptis potionibus plurimum se adiutum æger testabatur: aquam enim copiosè absque molestia detraxerunt. Hoc itaque pacto tantum profectum est, ut ita annuēte DEO integræ sanitati sit omninò æger restitutus. DEO sit honos in omne æuum.

CVRATIO LV.

Catarrhi & inde ortæ raucedinis.

AEdilem cerealem Gundelfingensem annos quadraginta nouem egressum, catarrho, raucedine, tussi & difficul *Catarrhus. Raucedo. Gundelfinga.*

tate ſpirandi laborantem breui hac methodo medendi ſubleuaui DEO nutu.

Diæta.

Potus erat Decoctum hordei commune.

Ecligma.

Ecligma. Electuariũ è zizibis.

Singulis diebus ter, manè ſcilicet, mox ante cibum & ante introitum lecti uſus eſt Electuarij è zizibis drachma vna ſem. Hoc ſolo à dictis uitijs moleſtis tertio ſtatim die liber euaſit.

CVRATIO LVI.

Melancholiæ.

Melãcholia. Heidenheim.

QVâ Heidenheimenſis ciuis cuiuſdam filius annos nouendecim natus tentabatur, cum

rum in appetẽtia, uigilijs, difficultate ſpirandi, alijsq́ue ſymptomatis melancholiæ communibus. Diuina aſpirante gratia morbum hunc pertinacem & curatu aliàs difficilem depellere laconico hoc auxilio ſum conatus.

Purgatio.

R. Decocti ſenæ vnc. quatuor.
Electuarij de ſucco roſarum.
Diaphœniconos ana drachmas tres ſem.

Paretur potio, qua multa atrabilaria deiecta ſunt, cum ſymptomatum morbiq́ue remiſsione.

Phlebotomia.

Altero à purgatione die iu-

beo tundi vtramque cephalicam.

Diæta.

Potus aqua hordei ſaccharata cum meliſſa.

Hiſce ergo ſolis remedijs ęgrum priſtinæ ſanitati reſtituimus.

CVRATIO LVII.

Lienteriæ.

Heydorff. Lienteria.

HEydorffenſis iuxta Glet, mulier puerpera affligitur lienteria cum inteſtinorum cruciata per ſeptem ſeptimanas ſæuiente. Sanatur à me ſimplici hâc medicina, DEO conatus meos fortunante.

Diæta.

Potus, Vinum erat rubellum

ante

ante cibum, uinum maluaticum.

Cibus δίπεπτος coquebatur ex aqua chalybeata.

Cataplaſma. *Cataplaſma.*

R. Micæ panis M.iij.
Salis communis M j.
Aceti q.s. Miſce.

Fiat pulticula forma emplaſtrî regioni uentriculi manè, meridiè & ueſperi calidè admouendi.

Confectio ſtomachalis. *Confectio ſtomachalis.*

R. Morſellorum ex ſpeciebus Imperialibus. lib.s.

Capiat unum ante cibum ſuperbibens hauſtum uini creтici. Hâc medela DEI gratia tantum obtinui, ut unico die

execto cuncto malo, conualesceret ægra. DEO gloria.

CVRATIO LVIII.

Hydropis anasarca.

QVâ grauiter oppressū quendam adolescentem annorum uiginti quatuor leuaui diuina adiutus gratia curta hac curatione.

Diæta.

Potus erat Decoctum hyssopi, granorum iuniperi contusor.

Hidroticū.

Hidroticum.

R. Radicum asari M. duos.

Decoquantur in sufficienti quantitate aquæ ad dimidias: huiꝰ decoctionis quotidiè manè sumere uncias sex calidas consu-

consulebam, & probè stragulis opertum elicere sudorem, qui sat multus semper fluebat, cogebam.

Balneum.

A meridie quandoq; sudauit in laconico.

CVRATIO LXI.

Scabiei gallicæ.

QVâ Heidenheimensem aliquem inquinatum sanaui. *Scabies gallica. Heidenheim.*

Aqua mea mercuriali.

Madescentibus hâc in ulceribus in ore, labijs, manibus, pedibusque expullulantibus cum cruciatu molesto. Postquã scabies hæc uenerea aqua mea quotidie manè, & uesperi tepidè abluebatur, sponteque

ſiccefcebat, factum eſt, ut citra aliam medelam, breui dierum numero conualeſceret homo.

CVRATIO LX.

Diarrhææ diuturnæ.

Diarrhæa diuturna.

COnſulis Lauingani uxor grauida, & partui iam uicina incidit in grauem alui fluxum, eumq́; diuturnum: deliris mulierculis multa ſtolida ſtultè adhibentibus fruſtrà, tandem meam deplorata operam expoſcit, quam prompto animo pię & perquàm piæ matronæ ualetudini dedi in hunc modum.

Diæta.

Vinum porrigebatur rubens ſtypti-

ypticum : aqua item chaly-
eata.

Manè antè prandium & cœ-
am magnitudinem nucis iu-
landis ſequentis Electuarij
bſorbuit.

Electuarium. *Electuar.*

R. Syrup. roſati, rob. berbero-
um, myuæ cydoniorum ana
nciam vnam, boli Armeni,
erræ ſigillatæ, ſang. draconis,
ornu cerui uſti ana drach. ſem.
Conſeruæ roſ. antiquarum q. s.
at conditum. Venter præter-
à manè & ueſperi inungeba-
ur hoc Vnguento.

Vng. *Vng.*

R. Ol. cydonior. myrtil. ro-
ar. anethi ana vnc. j.

Tro-

Trochisc. de ſpodio drachmam vnam ſem.

Boli Armeni, ſem. myrtill ana drach. vnam.

Maſtiches drachmam ſem.

Ceræ parum.

Fiat miſcendo Vng. molle.

His profluuio alui ſuppreſſo tertio à curatione die conualuit.

CVRATIO LXI.

Pleuritidis peſtilentialis.

Pleuritis peſtilẽtialis.

QVâ Lauingana uirgo annos nata uiginti duos grauiter laborabat: mox tamen DEI gratia & ope mea recreata ſequentibus auxilijs.

Phlebotomia.

Iubebã ſecari primò hepaticam

um affecti lateris: ex cuius san
uinis mediocri effluuio cùm
on haberet meliùs, decerno
ntidotum hoc.

Alexipharmacum.

Alexiterium.

R. Aq. cardomariæ vnc. v.
Theriacæ drachmam sem.
Misce.

Hoc epoto in lecto probè o-
erta affatim sudabat meliusq;
rotinus ualebat.

Victus ratio.

Potus erat decoctum hordei
& fragariæ saccharatum.

Lotio pedum & manuum.

Manus, pedes, brachia, &
empore immodico calore æ-
tuantia irrigabantur aqua &
ceto rutaceo ana p. æ.

CVRA-

CVRATIO LXII.

Pleurisis pestilentialis. Lauinga.

Pestilentialis pleurisis.

Cluis egenus Lauinganus cō-pletis quadraginta annis e-rumpente iuxta inguen sini-strum bubone pugnum æquan-te urgetur pleuritide pestilen-ti sinistra, cum dolore capitis ingenti, siti, dyspnęa & alijs le-thalibus symptomatibus.

Huic desperato homini sa-lutare hoc remediū dubia spe salutis adhibeo.

πανάκεια.

Antidotus.

Antidotus.

R. Vini ex croco nostro me-tallorum confecti uncias v.
His assumptis mox, præce-dente

lente uomitu malignorum & fœtentium humorum, aluus quoque soluebatur cum expectoratione copiosa.

Venæ sectio.

Post meridiem aperiendam curo medianam sinistri brachij. Inde mox rediuiuus pristinæ sanitati restituitur preter meam & aliorum spem DEI solo nutu.

CVRATIO LXIII.

Hydropis ascitæ.

LAuingani pellionis filiam ann. XIII. ascite hydrope grauem leuaui fœlici cum successu hanc meditatus medelam. *Hydrops ascites. Lauingæ.*

Panchymagogum.

R. Spiritus uitę aurei vnc. ij.

Ex

Ex his manè & uesperi horis duabus ante cœnam capiat cochlear unum, altero die tantundem. Exinde licet multa serosa deiecta sint, parum tamen adiutam puellam deprehendi. Ea propter hoc catharticum præscribo ebibendum.

Hydragogum. *Hydragogum.*

R. Extract. colocynthid. magnitud. auellanæ.

Aquæ feruentis unc unam.

Misce.

Quarto die, hydragogo hoc largè operato per aluum, iubeo assumere hoc.

Holagogũ. *Holagogum.*

R. Spiritus uitæ aurei unciam sem.

Syrup.

Syrup. de liquiritia drachmam unam. Misce.

Fiat haustus pro duabus uicibus exhauriendus: quo assumpto, ingentique aquei humoris flatusque copia effusa meliùs habere cœpit, indiesq; conualuit.

CVRATIO LXIIII.

Pleurisis pestilentis.

Riettensis quidam annos natus sexaginta tres urgetur grauissima pleuritide pestilẽtiali, quam comitatur febris sæua & ardens, sitis, tussis, difficultas anhelitus, delirium. Deplorato medeor diuina auxiliante gratia, hisce subsidijs.

Pleurisis pestilẽtialis.

Riettingẽ.

Phlebotomia.

Tundēdam ſuadeo medianam affecti lateris, cuius ſectione multum alleuari ſe fatebatur.

Diæta.

Potus Decoctum hordei ſaccharatum: cibus, iuſcula gallinacea.

Antidotum.

Antidotũ. R. Aq. cardo benedict. vncias ſex.

Theriacæ Andromachi ſcrupulos duos ſem. Miſce.

Paratam potionem exhauriat & poſteà in lecto coopertus ſudet ad uirium tolerantiam.

Simplici hoc medicamentorum

torum apparatu deploratus hic ſenex DEI clementia pancraticè conualuit.

CVRATIO LXII.

Pleuritidis lethalis.

MVlier Rhiethauſenſis anno ætatis xxx. æſtu pleuritidis iactatur grauiter ſymptomatis lethalibus ſimul affligebatur, difficili uidelicet anhelitu, tuſsi, linguæ ariditate & ardore, uigilijs, & cæt. Remouetur morbus hic grauis DEI & mea opera ſequenti.

Pleuritis lethalis. Riethauſen.

Venæ ſectio.

Aperiri jubeo uenam medianam affecti lateris.

πανάκεια.

πανάκεια

R. Aq. terræ ſanctæ vnc. ſex.

His aſſumptis calidè afflu̅ẽter in lecto operta ſudat: poſt ſudorem detergendum linteis calidis releuabatur protinus, ſymptomatis præfatis remiſſioribus apparentibus.

Malo porrò radicitus euellẽdo oppono hidroticum hoc præſtans.

Hidroticum.

Hidroticũ. R. Origani, cardobened. cẽtaurij minoris ana M. ſemis. Croci ſcrupulum unum, granorum alkakengi contuſorum vnciam vnam.

Decoquantur hæc una in octo libris aquæ ad cõſumptionem lib. trium. Ex Decoctione hac quotidie capiebat vncias ſeptem,

ſeptem, & in lecto contecta ſudabat ad morbi declinationem.

Gargariſmus.

Gargariſmus.

Linguę æſtũ iubeo reſtingui & fiſſuras conglutinari Decocto ſemper uiui adiecto aceto roſar. à collutione linguã butyro recenti illini & ſimul portiunculam eius deglutire.

CVRATIO LXVI.

Suffuſionis oculi.

Suffuſio oculi.

QVâ tenebatur quidam operarius Riethauſenſis, oculo ſiniſtro ἀμβλυωπίᾳ affecto. Hanc diſcuſsi per quatuor dies.

Aquâ Ophthalmicâ meâ.

Cuius utendi modus in centurijs paſsim refertur.

CVRATIO LXVII.

Pleuritis. capitis dolor, &c.

Pleuritidis, capitis doloris & symptomatum pleurisi affinium.

Burckagel.

EXperta in erudito quodam ecclesiaste uigilanti Burckagelensis pagi, annum quadragesimum egresso.

Purgatorium. Vomitoriumq;.

Purgatorium. Vomitoriumq;.

R. Aquæ Benedict. drachmas sex.

Vini vnciam vnam.

Quo rectè purgabatur, & actutum releuabatur.

Diæta.

Potus in mensa per dies aliquot fuit Decoctum cardomariæ cum passulis corinthiacis.

Phle-

Phlebotomia.

Primo die ante purgationem aperuit medianam.

CVRATIO LXIIX.

Ictericiæ, vertiginis chronicæ, cardialgiæ.

Ictericia. vertigo chronica. cardialgia.

COmprobata optimè in clariss. & consultissimo uiro D. Doctore quodam Dilingano annos nato quadraginta septem. *Dilinga.*

Primò definiebam tale sudoriferum.

Hidroticum. *Hidrotici.*

R. Florum centaurij minoris M. vnum.
Zarsæ pariliæ vnc. sem.
Ligni Guaiaci puluerisati M. sem.

Decoquantur in aquæ & uini suff. quantit. ad medium: cuius decocti per septẽ dies manè capiebat uncias sex calidas, & in lecto benè contectus sudabat copiosè.

Phlebotomia.

Post sudoris completionem aperuit uenam hepaticam.

Diæta.

In mensa uinum potabat, cui infundebam Absinthium & Fragariam herbas. Atque sic ex diuturnitate morborum euasit.

Hydrops.

CVRATIO LXIX.

Hydropis & huius sympto-matum.

CIuis Lauingani filio sedecim

cim annorum fœlici cum ſucceſſu definita.

Purgans Bolus.

R. Diaturbith cum rheubarb. drachmas tres.

Extract. Eſulæ drachmam vnam.

Miſceantur in Bolum pro tribus uicibus abſorbendum: poſt cuiuslibet ſumptionem bibebat ſeri lactis uncias tres. Quo medicamẽto totum corpus euacuatum eſt ab ichoribus & aquoſitatibus multis: ſtatimq́; conualuit.

Diæta.

Cæterùm potus erat in mẽſa Decoctum granorum Iuniperi.

CVRATIO LXX.

Cardialgiæ, doloris oris ventriculi.

Cardialgia, doloris ventriculi. Palpitatio cordis. Neuburg.

BAlneatori Neuburgẽsi sexaginta quatuor annos nato præscripta: qui multis annis orificij dolore & angustia tanta per interualla cruciabatur, ut uel sedens, uel stans dolorẽ istum uentriculi perferret, quẽ comitabatur simul grauis anhelitus difficultas, cordisq; tremor & palpitatio.

Catharticum nobile.

R. Aquæ Benedictæ vnciam vnam.

Vini vnciam semis.

Syrup. de hyssopo drachmas tres.

Com-

Commiſceantur. Mixturâ e-
potâ uaria reiecit ore aluoq́ue.
ac eodē die à ſæuiſsimis mor-
bis per DEI medicinam libe-
ratus fuit. Verùm tertio ab-
hinc die eūdem repetiuit hau-
ſtū, pari inſecuta operatione.

CVRATIO LXXI.

Paralyſios, Epilepſiæ.

QVibus ualdè pernicioſis af- *Paralyſis, Epilepſia.*
fectibus Doctori cuidam
ætatis ſuæ XXII. oppreſſo pro-
ſperè medebar hoc pacto.

Purgatio.

R. Syrup. roſat. ſolut. Mont.
vnciam ſem.
de ſena ſimpl. vnciam ſem.
cranei hominis pulueriſati
ſcrup. duos.

Conſer-

Cõſeruæ Benedict. ſcrupul. vnum.

Aquæ florum tiliæ vnciam vnam ſem. Miſce.

Paretur hauſtus, quo epoto uitioſa uaria ſunt eiecta aluo.

Sternutatorium.

Sternutatorium. Poſtridiè manè uſus eſt ſternutatorio noſtro ad quantitatem piſi.

Quibus mox ſolis rectiſsimè ualere cœpit. DEO gloria.

CVRATIO LXXII.

Dyſuria. Dolor atrox.

Dyſuriæ cum dolore incredibili.

MVlieri cuidã uiginti quinque annis completis difficultate mingendi afflictæ uero experimento ritè decreta.

Diureti-

Diureticum purgans.

R. Benedictæ laxat. drachmas quinque.
Trochiſcorum è myrrha ſcrupulos duos.
Decocti ſauinæ vnc. tres.
Miſcendo.

Fiat hauſtus, quô dolor omnis leuatus eſt, & difficultas meiendi omnis remota.

Cataplaſma.

Super locum & regionem veſicæ ordinabam cataplaſma ex cæpis in aceto coctis conflatum.

Diæta.

Potus item erat Decoctum radicum urticæ ex uino.

CVRATIO LXXIII.

Epilepſia.

Epilepſia. *Dilinga.*

Epilepſia.

QVâ ſtudioſus quidam Dilinganus egreſſus annum decimum octauum dies noctesq́; diſtorquebatur miſerè. Subueni autem adoleſcenti hiſce remedijs.

Primò poſteaquam paroxyſmus paululùm remittebat, exhibui.

Potio antepileptica.

Potio antepileptica & cathartica.

Aquæ florum tiliæ vnc. tres.
Spiritus uitę aurei vnc. ſem.
Miſce.

Hoc potu aluus quidem multum laxata fuit: ſed morbus non factus eſt remiſsior.

Quare media nocte paroxyſmo

no leuiter quiescente præbui nostram Aquam antepilepticam: post cuius sumptionem ieiunauit per nouem horas, paroxysmo ex toto recedente nec amplius redeunte. *Aqua antepileptica.*

Vesperi porrò à cœna cubitum iturus capiebat infrà scriptorum et s. a. paratorum orbiculorum vnum.

Confectio. *Confectio antepileptica.*

R. Cranei hominis recentis drachmam vnam.

Gran. pæoniæ excortic. numer. xv.

Sacchari in aqua florum tiliæ dissoluti q. s.

Conficiantur orbiculi, quorum singuli ponderēt drach. j.

Diæta.

Diæta.

Potus erat Decoctum florum tiliæ cum Conserua pæoniæ.

προφύλαξις.

προφυλακτική.

Ad præuisionem & auersionem materię à cerebro & uentriculo in hunc modum pilulas præscripsi.

Catapotia.

Catapotia.

R.M. pilul. aurearum drachmam sem.

Aromat. scrup. vnum.

Cortic. ellebori nigri grana tria.

Cum syrupo de helleboro parentur pilulæ VII. deaurandæ ituroq; dormitum à leui cœnâ deglutiandæ.

His

His itaque remedijs ægrum dolescẽtem unà cum optima uictus ratione pristinæ sanitati restituimus, ut nunquam postea comitialis isthæc ægritudo relapsa sit. DEO τῷ ἀρχιάτρῳ sit laus soli.

CVRATIO LXXIV.

Iliacæ, & inde ortæ Epilepsiæ. *Iliaca.*

PRæpositus cœnobij cuiusdam trigesimum octauũ annum egressus Iliaca passione intolerabili afficiebatur grauissimis comitatâ symptomatibus, comitiali scilicet malo uomitu creberrimo, quo tam alimenta quàm excrementa eijciebantur, testium denique dolore acerbo. Quoniam uerò *Epilepsia.*

morbus hic acutiſsimus, ſęui
ſimis undiq; ſtipatus ſympto
matis inducias nequaquam
dabat & uehementia ſympto
matum inſolentiſsimè prem
bat, opiculãdum celeri manu
ut ægrũ à periculo mortis iam
iam appetentis uindicaremu
uiſum eſt. Aegrotante autem
ab enematum ſalutarium ap
plicatione, more aliorum Ger
manorum, abhorrente propi
namus purgantem hunc hau
ſtum ad horum ſymptomatum
proximam cauſam in inteſti-
no ileo dicto commoratam
profligandam.

Holagogũ.

Holagogum.

R. Spiritus uitæ aurei vn-
cian

ciam vnam ſem.

Huius aſſumptione fœtidiſſima excrementa eaq́; ſcybalica ſedato uomitu excreta ſunt.

Fotus. *Fotus.*

Ventris ſæuum dolorem atque cruciatum leniuimus ſacculo ex ſuillo ſtercore aceto decocto confecto.

Fomentum. *Fomẽtum.*

Teſticulorum etiam dolorem demulſimus ſequenti fo...

R. Ol. uiolacei.
Lactis caprini ana vnc. tres.
His linteola leuia madefiant & teſtibus calidè aptentur.

Phlebotomia.

Inflammationis præcauen-
dæ nomine, reuellendæ iter-
materiæ, uenæ sectionem ma-
leoli imperamus: simulque a-
naturam eâ, quà premebatu-
sarcinâ, exonerandam. Corpu-
enim benè habitum aliâs er-
& succulentum, morbus uer-
grauissimus.

Postridiè exhibui potu-
hunc manè, qui sic habet.

Purgatorium.

R. Seri lactis caprini benè d-
uque cocti & despumati li-
unam sem.

In hâc infundebam per no-
ctem senæ à stipitib. mundat-
vnciam semiss.

granorum pęonię excort.

cont

contusor. drach.iij.
Cranei hominis drach.j.
Zingiberis drach. vnam.
Sacchari parum.
Quæ omnia simul una ebullitione ebulliebant manè, poteà colabantur, & colati seri pieba: calidè vncias septem: quenti die tantundem. Quis uicibus aluus astricta diu, testinis magna flatuum & tuitosorum atque acrium umorum ui coarctatis, soluta t, ægerq;, qui ab omnibus de oratus & morti uicinus uide atur, ex magnis istis crucia- tibus euasit incolumis.

DEO soli sit Laus.

CVRATIO LXXV.

Tussis diuturna. Capitis dolor. Catarrhus. Laterum dolores, punctionesq́ue.

Tussis chronicæ ex destillatione capitis, cum dolore & laterum punctionibus crebris obnoxiorum.

IN uirgine sacratâ experimento comprobata.

Purgatio.

R. Senæ mundatæ à stipitib. drach. vnam.

Corticum ellebori nigri scrupul. vnum.

Cardobened. scrup. sem.

Sacchari in aqua cinnamomi dissoluti drach. sex.

Fiant orbiculi IX. quorum ponderēt singuli drachmam j. Horum unum manè, unum item uesperi à cœna sumebat ęgra,

a, ſine omni noxa & mole-
a, inſecuta efficaci operatio-
.

Sternutatorium.

Sternutatorium.

Ad capitis robur concilian-
m, deſtillationemq́; ad loca
turalia dirimandam uſa eſt
rnutatorio meo ad piſi ma-
nitudinem.

Confectio.

Confectio.

Porrò poſt prandium & cœ-
m ſumebat tabellam ex ſe-
entibus unam.

R. Specier. diamargarit. ca-
lid. drachmam vnam s.
draireos ſ. ſcrup. duos.
Cranei hominis recentis
drach. ſem.
granorum pæonię drach. j.

Sacchari optimi in aqua florum tiliæ dissoluti q.s.

Parentur tabellæ secundum artem pharmaceut. Punctionibus & dolori laterum medebar Vnctione hâc:

Vnguētum ad laterū dolorem.

Vng.

R. Vng. dialthææ vncias duas.

Ol. amygdalar. dulcium drachmas tres.

Misce.

Illinantur calidè latara affecta, & pòst locis inunctis imponatur linteolum calidum butyro perlitum.

Diæta.

Potus in mensa uinum erat, cui momentum anisi, fœniculi & fi-

& ficus admiſcebatur.

Atque hæc erant, quæ uirginem hanc ſacratam ætate decrepitam ſanam reddidere. DEO eſto laus honosque.

CVRATIO LXXVI.

Hydropis aſcitæ.

Hydrops aſcites.

AVſpicatò experta in muliere triginta annos nata.

Hydragogum excellens.

R. Aqua abſinthij vnc.iij.
Extracti Eſulæ drach.j.

Commiſceãtur in hauſtum: quo ab aquoſitatib9 euacuata fuit & tumore uentris graui liberata.

Diæta.

Bibit porrò in menſa nil a-

liud, præterquam uinum iuniperinum.

CVRATIO LXXVII.

Asthmatis suffocantis, anorexiæ.

Asthma præfocans. *VVeyßingen.*

COmperta prosperè DEI nutu, in rustici cuiusdã VVeyssingensis uxore grauida decursis ætatis annis XXIX.

Diæta.

Potum ordinabam insequentem.

R. Rosar. rub.
violar. ana P. S.
Sem. petrosel.
fœniculi ana drach. j.
Hyssopi.
Saluiæ ana P. j.
Liquiritiæ vnc unam.

Passu-

Passularum vnc. tres.

Decoctio horum fiat in s. q. aquæ secundum artem. Deinde crebrò ante & post cibum confectionem hãc utiliter exhibebam, quæ talis est:

Confectio.

R. Specier. diaireos drachmam unam.

Pul. enulæ drachmam vnam sem.

Sacchari albissimi in aqua hyssopi dissoluti vnc. ij.

Fabricẽtur tabulę pro drachma, vna uice capienda ægrotanti.

Hoc ergò modo prægnans ista mulier mox ab ægritudine sua conualescebat.

CVRA-

CVRATIO LXXVIII.

Morbus regius.

Regiÿ morbi.

PRo quodam uiro xxxvij. annum complēte, icterum longo tempore perpeſſo.

Sudoriferum.

R. Flor. centaur. minoris.
Fragariæ ana M. j.

Infundantur per horas tres in aquę & vini ana lib. iij. Poſtmodum decoquantur lentè ad medium. De quo manè acceptis calidè vncijs octo copioſiſsimè in lecto ſudauit quotidiè, ac paucis pòſt diebus euaſit ſonus.

CVRATIO LXXIX.

Febris quotidianæ, cephalalgiæ, tremorisq́ membrorum.

Cui-

CVidam uiro quadragenario dictisque affectibus obnoxio decreta felicissimè cum successu.

Febris quotidiana, cephalalgià, tremor mẽbrorum.

πανάκεια.

R. Aquæ benedict. vnc.j.

Quâ mox excretis uiscosis & phlegmaticis multis alleuatum corpus sentiebat.

Venæsectio.

Ab euacuatione hac salubri uenam hepaticam tũdendam impero.

Diæta.

Potum suadeo Aquam ex granis Iunip. & Saluia Decoctam. Quibus paucis Dei misericordia & ope conualuit.

CVRA-

CVRATIO LXXX.

Dolor capitis.

Cephalalgiæ à cauſa calida.

PRo muliere quadraginta nouem annos nata inſtituta.

Epithema.

R. Aquar. roſar. rub. ſemperuiui, burſæ paſtoris, ſolat. ana vnc. iij.

Croci drachmam ſem.

Miſcendo fiat Frontale: quo ſæpiùs iterato omnis mitigatus fuit dolor.

Dolor lũborum, crurum, renum, Aſthma. Febris. Reſingen.

CVRATIO LXXXI.

Doloris lumborum, crurum, renum, aſthmatis, febris.

EXperta proſpero ſucceſſu in Petro caupone in Reſingen: quã

qui uno die conualuit uirtute huius diuini potus, Deo laus esto.

πευάκεια.

R. Aq. Benedict. vnc. vnam.

Diæta.

In mensa bibit Decoctum granorum iuniperi.

CVRATIO LXXXII.

Asthmatis, tußis, appetitus prostrati, sitis.

Asthma, tußis. Inappetentia. Sitis. Brentz.

COmprobata in Georgio à Brentz anno ætatis XLII.

Purgatorium.

R. Syrup. de liquiritia vnc. j.
agarici trochiscat. drachmam vnam.
Conseruæ benedict. drachmam sem.

Deco-

Decocti pectoralis vnciam vnam.

Miſcendo fiat hauſtus: quo remittebantur quidem ſymptomata: ſed cùm ea cum morbo non prorſus expulſa eſſent, tertio die propino hanc purgationem ſalutiferam.

πανάκεια.

R. Aq. Benedict. vnc. vnam.
Syrup. de praſsio drachmas duas.

Ex quo potu protinus ſanatus eſt.

Diæta.

Cæterùm in menſa bibit Decoctum vulgare hordei ſaccharatum.

CVRATIO LXXXIII.

Epilepsiæ, huiusq́ symptomatum. *Epilepsia.*

EX grauissima hac comitiali ægritudine recreaui ciuis Giengensis filium nouendecim annos agentem.

Sternutatorium.

Primò per biduum manè naribus indebat ad pisi quantitatem de nostro sternutatorio sæpiùs in Centurijs descripto.

Peracta sternutatione exhibui hoc catharticum.

Purgatio.

R. Aq. florum tiliæ vnc. vnam semiss.

Confer, Bened. drachmam

semiſs. Miſceantur.

Sequenti die exhibuimus potionem noſtram antepileпticam felici ſucceſſu.

Potio noſtra antepileptica.

Phlebotomia.

Tertio abhinc die mediaпnam aperiendam imperaui.

Atque hiſce paucis à ſæuiſſimo epileptico malo perfectè liberatus fuit.

Pleuritis.
Aſthma.
Diarrhœa.

CVRATIO LXXXIV.

Pleuritidis, aſthmatis præfocantis, diarrhœæ.

CErtâ experientia confirmata in ruſtici cuiuſdam filii uiginti duos explente annos, & dictis affectibus afflicto.

Purgatorium.

Primò euacuationem cor-

pori

poris instituebam in hanc rationem.

R. Aquæ Benedictæ drachmas sex.
Cardobenedict. vnc. vnam.
Syrup. de hyssopo vnc. sem.

Miscendo paretur potus: quo aluo & ore noxiorum humorum reliquiæ expulsæ fuêre cum manifesto ęgri leuamine.

Phlebotomia.

Altero die iubeo aperiri uenam medianam.

Diæta.

In mensa erat potio Decoctum Cardobened. cum passulis. Atque his paucis optimè ualere cœpit.

CVRATIO LXXXV.

Asthma. *Asthmatis.*

PRo sene quodam LXXX. annos habente, & isto ægritudinis grauis malo iamdiu extremè debilitato.

πανάκεια. *πανάκεια.*

R. Aquæ Benedict. unciam vnam.

Quæ paucis horis ex toto contumax huius senis asthma remouit, & sanitatem ipsi, DEI misericordia aspirante, reddidit.

CVRATIO LXXXVI.

Podagra. *Podagræ laboriosæ.*

NObilissima uidua cùm ageret annum septuagesimum incidit in dolores podagricos cum tumore & rubore intolerabiles:

rabiles: me multis in cassùm
uso tandem occurrit hoc medicamen
salutare, quod sic
habet.

Anodynum. *Anodyna.*

R. olei rosarum uncias quatuor.
Opij drach. vnam.
sem. Iusquiami, papaueris albi ana drach. duas.
Corticum mandragor. sem. apij ana drach. vnam.
Aceti uini drach. duas.
fiat mixtura.

Qua dolentes partes calidè oblinantur manè, meridie, & uesperi, linteis calidis desuper impositis. Quo pacto statim sedabantur dolores, manus, pe-

des & brachia uehementer in-
festantes.

CVRATIO LXXXVII.

Sciaticæ.

Sciatica. Dilinganus rusticus.

QVâ grauiter in coxendic
sinistra laborabat uillicu
Dilinganus sexagesimum ter
tium ætatis annum egressu
Exhauriebam ipsi omnem do
lorem facili hâc medela.

Purgatio.

R. Foliorum senæ munda
vnc. vnam sem.
Cinnamomi, zingiberis an
drach. sem.
Saccharicandi vnciam sem
Sacchari vnc. vnam.
Misce.
Bulliant simul in lib. iij. uin
nobi

nobilis ad cõſumptionem unciarum ſex. Ex decocto hoc cathartico bibat manè & ueſperi vncias quatuor.

Diæta.

Potus in menſa erat Vinum ſaluiatum.

Balneum. *Balneum.*

Finita euacuatione ritè inſtituta deſcẽdit in ἐγκάθισμα aquæ chalybeatæ. Ab encatiſmate & balneo hoc locus affectus probè & calidè illinatur præſtanti hoc Vnguento. ἐγκάθισμα.

Vng.

R. pinguedinis taxi, uulpis
ana vncias tres.
Ol. maſt. vnc. duas.
Ol. ſpicæ vnciam vnam.

Aceti drach. tres.
Miſcendo fac Vng.

CVRATIO LXXXIIX.

Paralyſis linguæ.

Paralyſis linguæ.

VEro experimento comprobata in cuiuſdam uxore annor. LI.

Phlebotomia.

Primò iubebam aperiri utramque cephalicam, corpore phletorico ſuadente.

Oleum Heraclij.

Deindè ſingulis horis extremitas & radix linguæ irrigetur oleo noſtro Heraclij ligni. Quibus ſolis uox reſtituta DEI nutu fuit.

Hydrops anaſarca.

CVRATIO LXXXIX.

Hydropis anaſarcæ.

Ciuis

Cluis cuiusdam Gundelfingensis filium uicenariũ corripientis, & à me accersito hoc pacto, Deo opitulante depulsæ. *Gundelfingen.*

Purgatio.

℞. pul. senæ laxat. drachmas duas sem.

Quas in duas diuidat portiones cum iure pisorum exhauriẽdas, Inde tumor, aquositatibus plurimis deiectis, subsedit, ægerq; releuatus.

Diæta.

Potus erat Decoctum granorum Iuniperi.

CVRATIO XC.

Epilepsiæ. *Epilepsia.*

ARcularij Lauingani filia un- *Lauinga.*

decim annos nata per trimestre affligitur, diris comitialis morbi inuasionibus: quas tamen DEI benedictione profligaui feliciter unica hac medicina.

Mistura antepileptica.

Mixtura antepileptica.

R. Ol. nostri Heraclij drachmam vnam sem.

Aq. plantaginis drachmam vnam.

Misce.

Ex hâc mistura quotidiè ieiuno stomacho propinaui guttas quatuor largas: idq́ue per quatriduum, quo peracto remisit paroxysmus. Ne autem malum hoc epilepticum recurrat, iubeo tot guttas exorbere

bere etiam deinceps per integram ſeptimanam.

Dicto audiens puella hactenus ab omni epileptico ueſtigio immunis uixit ſemper. DEO omnipotenti ſit Laus, honos & gloria in omne æuũ Amen.

CVRATIO XCI.

Scorbuti.

Scorbutus.

CAuponis Lauingani filius tredecim natus annos incidit in grauem ſcorbutum, eiusque horrẽda & miſerabilia ſymptomata, oris ſcilicet grauεolentiam, gingiuarum laxũ ſanguifluumq; tumorem, dẽtes uacillantes, ulcuſcula fœtidiſsima

dissima & innumerabilia ad os palatũ & fauces usq; diffusa, spirandi item difficultatem, mariscas, &c. Ad propulsanda dicta rara & nostratibus incognita uitia talem curandi methodum instituendam duxi. Primùm euacuationem uniuersalem corpori cacochymico opponebam.

Purgatio.

R. Aquæ fontanæ puræ vncias quatuor.
Conseruæ Esulæ quantitat. castaneæ.

Paretur haustus.

Qui colatus cùm corpus lãguidè perpurgaret, ad aliam appa-

pparandam accedo, quæ ſic
habet.

Hauſtus catharticus.

R. Decocti ſenæ vnc. vnam
ſem.
Syrup. è ſena vnciam unam.
Miſce.

Operatione huius uaria ea-
que grauiter olentia, in magna
unt deiecta copia.

Pręterea ad ſananda ulcuſcu-
a oris partes undiquaque ob-
identia præſcribo eiuſmodi
medicinam.

Gargariſmus. *Gargariſmus.*

R. Hydromelitis lib. vnam.
Aquæ claræ libram vnam.
Aluminis vnciam ſem.
Miſce.

Fiat

Fiat unica ebullitione gargarismus, quo manè post cibum, & uesperi cubitum iturus calidè loca affecta & deformia gargarisando colluat.

A' gargarisatione partes exulceratas & dolentes blandè irriget mixtura sequenti.

R. Olei ligni Heraclij vnciam vnam.

Aquę plantaginis vnc. duas.

Misce.

Confectio.

Finito huius misturæ usu, quia difficilimè quoq; deglutiebat, suadeo trochiscorum unum ex ol. ligni Heraclij conflatum assumere, & postquam oris tepiditate liquefactū est, sensim

sensim absorbere. Quibus omnibus mirè se iuuari aiebat, cōfectione hac dyspnæam ex toto tollēte, & gargarismo cum mixtura atque trochiscis breui dierum numero ulcera maligna persanantibus.

Oleum Sulphuris

Ficis denique anum deformantibus medebar oleo nostro sulphuris. *Oleum sulphuris.*

Diæta.

Alimenta erant calefacientia & siccantia: potus, uinum generosum. Omnibus his ex uoto transactis quatuor septimanarū spatio à sordidissimo, difficili atq; odioso hoc affectu, DEI benignitate & ope mea

ſanus euaſit. DEO ſit laus in æternum, Amen.

CVRATIO XCII.

Angina.

Anginæ & ſymptomatum eiuſdem.

QVibus oppreſſum ſtannarij filium uigeſimum primum ætatis annum egreſſum leuauimus mox & feliciter in hũc modum.

Cataplaſma.

Cataplaſma.

Tumorem colli depulimus nido hirundinali in aceto decocto & forma emplaſtri collo adaptato.

Gargariſmus.

Gargariſmus.

Confectio.

Singula quaq; hora gargariſãdo os eluebat calidè aquę & aceti

ceti p..æqua: posteà magnitudinem castaneæ de confectione Ol. Heraclij ligni deglutiebat. Hinc protinus cõualescere, facilè deglutire, respirare atque articulatè loqui uoce priùs intercepta, cœpit.

CVRATIO XCIII.

Tußis chronicæ, difficilis anhelitus.

Tußis chronica, difficilis anhelitus.

QVâ prudentiss. uiro consuli Lauinganæ Reipublicæ primario, dictis affectibus diutissimè affecto adiumentum tuli huiusmodi.

Purgatorium.

R. pul. senæ laxat. drachmas duas.

Aquæ mulsæ vnc. sex.

Misce.

Miſce.

Stent per noctem in loco calido, manè probè exprimantur, & colatura calidè ebibatur.

Confectio Ol. Heraclij ligni.

Altero die exhibui confectionis ex Ol. Heraclij ligni drachmam vnam.

Electuarium.

Dormitum porrò abiturus, manè item & paulò antè cibum aſſumebat quantitatem nucis iuglandis de Electuario è Zizibis.

Phlebotomia.

Poſtremò ſecta mediana cõualuit optimè. DEO ſit gloria.

CVRATIO XCIV.

Luis Venereæ insanabilis.

VEre atque feliciter comper- *Morbus gallicus immedicabilis.*
ta Lauingæ, ubi quidam La- *Lauinga.*
inganus annos quinquagin-
a unum natus in desperatum
elapsus est morbum galli-
um, qui longo tempore in
nusculosis partibus ultrò ci-
oque cruciatus ciebat impla
abiles, ossa, uincula, membra-
asque iam adortus. Vlcera
uinetiam κακοήθη & Telephia
inc inde corpus contamina-
ant, tuberositatibus & præ-
aris tophis passim graui do-
re succrescentibus. Chirur-
s & medicis de salute ho-
inis iam desperantibus, ego

in nomine IESV curandi hanc ingredior uiam.

πανάκεια.

πανάκεια. R. Aquæ Benedictæ vnc. j. Aquæ fontanæ vnc. unam sem. Misce.

Haustum ebibendum porrigo, qui unius horę interuallo ore & aluo uitiosissima plurima expurgauit.

Vng. Ad luem Veneream. A` purgatione hac Gallico morbo mederi studeo curatione, quæ fit per Litum Vnguenti sequentis.

Vnguentum ad luem veneream præstans.

Litus morbi gallici. Vng. morbi gallici. R. Olei irini, ol. Keirini, ol. laurini ana vncias tres, axungiæ porci masculi liquefactę &

cola

rolatæ vncias nouem, ſucco-
um rad. ebuli,abſinthij & ru-
ę agreſtis ana vncias quatuor.
Vini maluatici aut alterius ge-
erofi lib. unam ſemis. Co-
uantur omnia ſimul ad con-
umptionem ſuccorum & uini
ento igne:deinde colentur,&
olaturæ addatur bdellij diſſo-
uti in acero drachmas nouē.
Olibani pulueriſati ſubtiliſsi-
nè vncias duas & drachmas
uas. Euphorbij,pyrethri ſub-
ilisſimè pulueriſatorum ana
rachmas ſex,ceræ q.s.

Miſceantur omnia ſimul,
onantur ſuper ignem uſque
um cera liqueſcat: deinde re-
noueantur ab igne agitando

 cum

cum ſpatulâ uſque ad refrigerationem. Tum addatur Mercurij extincti cum urina uel forti aceto unciam unam ſem. & intimè miſcendo fiat Vnguentum. Ex hoc Vng. capiat unctor pro una uice unciam ſem. quâ in calido hypocauſto uentis auio membra dolore & tuberoſitatibus obſeſſa mediocri frictione calidè inũgat: dehinc ægrum ita illitum & in lecto probè contectum ſudare iubeat ad uirium uſque tolerantiam: à ſudore abſtergendo quieſcat hora una. Hoc pacto per decem dies curationem Litus æger ſuſtinuit, quarta die felici operatione per os, quam

Quantitas huius Vnguent.

Litus.

πτελισμὸν seu saliuationem uocant consecuta. Ante unguenti huius ἐνέργειαν sæpè pro uice usus est unctor uncijs duabus, purgatione uerò apparēte uncia duntaxat sem. Septimo tamen quoque die usus est purgatione antecedente.

Oleum sulphuris & Emplastrum diasulph.

Oleum sulphuris & Emplastrū diasulph.

Porrò ulcera cacoëthe, perfecto sudore, illinenda calidè impero oleo nostro sulphuris, & desuper Emplastrū diasulphuris adhibēdum, quibus duobus remedijs malignitas ulcerum cōtumacissima exesta fuit, quinque septimanarum numero.

Diæta.

Cibus administrabatur temperatus, optimus, isq́; paucus. Vrgente siti concedebam vinum nobile quantitate moderata. Sed æger sudaturus Emplastra ab ulceribus remouebat. Atque ita deplorati hominis immedicabilia mala breui hac cura benedictione diuina sublata sunt. DEO soli sit gloria.

CVRATIO XCV.

Doloris acerbi ex calculo renati.

Dolor acerbus ex calculo natus.

PRo quodã sexagenario prospero successu prescripta Lauingæ.

Εγχρίθισμα.

R. Chamomel. meliloti, anethi,

nethi, fœnugræci, ſem. lini ana M. ſem, Abſinthij menthæ, pulegij, calamentæ, abrotani, carui, ameos, polypodij quercini, betonicæ, florum ſtœchados Arab. ſaluiæ, acori, herbæ paralyſis, origani, granor. iunip. baccarum lauri ana. M. vnum, roſarum rub. chamæd. camepyth. granor. myrthy, ſpicæ ana M. ſ. Salis nitri drachmas duas. Sulphuris viui drachmas quinque. Inciſa atque contuſa indantur ſacculo, & coquantur in ſ. q. aquæ pro inſeſſu: cui quùm ſe mandaſſet æger & ſacculos ex eadem ſuprà notata materia conflatos alternatim loco dolen-

lenti applicasset, quadrante horæ mitigato dolore euasit incolumis.

CVRATIO XCVI.

Hydropis ascitæ.

Hydrops ascites.
Bechingen.

EXperiméto uerò probata in muliere rustica Bechingensi annos quinquaginta nata & præfato hydropico malo suis comitato symptomatibus afflicta.

Diæta.

Potus decoctum granorum iuniperi contusorum: & decoctum fragariæ.

Purgatio.

R. Aquæ absinthij vnc. v.

Tro-

Trochiſcorum alhandaal
pul. drach. ſem.

Macerentur ſimul per noctem, manè colatura pura bibatur calidè : cuius ἐνεργείᾳ plurima aquoſitatum flatuumque materia copiosè excreta eſt, ſubſidente tumore epigaſtrij, & deſinentibus ſymptomatis.

Laconicum. *Laconicū.*

Perſeueranti pedum tumori conſului laconicum parari ex chamomil. arthemiſi. ſerpillo, ruta, flor. fœni & ſtramine auen. in lixiuio forti decoquendis ad ſudorem eliciendum. Inde Dei & medicinæ beneficio conualuit optimè.

CVRA-

CVRATIO XCVII.

Iterum hydropis anaſarcæ.

Hydrops anaſarca.

CVidam pauperi Eglingenſi quadraginta annos egreſſo cum proſpero ſucceſſu DEI nutu & benedictione præſcripta.

Purgatio.

R. Decocti ſenę vncias quatuor.

Diaturbith cum rheubarb. drach. ſeptem.

Miſce.

Diæta.

Potus erat uinum abſinthites & Decoctum granorum Iuniperi. Peracta purgatione bis eadē uſurpata uſus eſt pari cū ſucceſſu ſuperiore Laconico.

CVRA-

CVRATIO XCVIII.

Iſchiadici doloris. *Dolor Iſchiadicus.*

PRudent. uiri ſenatoris Gundelfingenſis uxorem triginta octo natam annos affligentis, & à me felicisſimè mitigati.

Purgatio.

R. Decocti ſenæ vnc. tres ſem. Electi. de ſucco roſar. drachmas ſex.

Fiat potio.

Balneum. *Balneum.*

Poſt purgationem lauet in decoctione granor. iuniper. chamomillæ artemiſiæ, & cæt. Balneo egreſſa curet partem dolo-

dolore affectam probè inungi Vng.

Vng. Anodynum.

Vng anodynum.

R. pinguedinis taxi, vulpis ana. vnc. tres.
Ol. masticini vnc. duas.
Ol. Spicæ vnc. vnam.
Aceti drachmas tres.
Misce.

Facili hoc medicamentorum apparatu uniuersus dolor mox minuebatur. Deo omnipotenti sit laus & honos & gloria in secula seculorum.

CVRATIO XCIX.

Abortus & inde hæmorrhagia copiosißimæ.

Abortus & inde hæmorrhagia.

Cluis Heydenheimensis opulenti uxor, incidit abortiens in ue-

n uehementiſsimum ſangui-
is fluxum per menſem durã-
em : quem ego alijs plurima
uſtrà adhibẽtibus ſiſtere ſtu-
ebã ſedulò hunc in modum.

Diæta.

Cibus omnis concoquatur
x aqua chalybeata : manè &
eſperi parentur iuſcula ex a-
ua roſacea pura & uitellis o-
orum recentium. Potus ſit
inum rubellum, in quo au-
m candens crebriùs ſit extin
um: Lac item amygdalarum
ulcium ex aqua chalybeata
manibus Chriſti perlatis
onflatum.

Ligatura.

Vincula porrò dolorifica di
gitis

gitis auricularibus, brachijs, pedibusq; inijciantur.

Electuarium.

R. Corall. rubri ſubtiliſsimè pulueriſati, ambræ citrinæ ana drachmam unam. Boli Armeni drachmam Sem. Sem. antheræ, plantag. ana ſcrupul. unum. Syrup. roſar. de roſis ſiccis unciam unam. Conficiatur ſ. art. Electuarium, de quo hora ante cibum ſumat quantitatem nucis iuglandis.

Suffimen.

Tertiò ſellæ perforatæ inſidens ſuffitum ex ſequentibus excitandum ſuſcipiat.

R. Thuris, maſtiches ana drachmas duas.

Gum-

Gummi tragacanth. ſcrupulos quatuor.
Vngulæ equi vnc. vnam.
Miſce.
Regio denique pubis, perinei renumq́; oblinatur calidè sequenti unguento.
Vnguentum.
R. Vng. comitiſs. vnc. vnam ſem.
Ol. myrtillor. cydoniorum, roſarum ana drach. ſex.
Boli armeni, ſang. draconis ana drach. vnam.
Balauſtior. drach. ſem. aceti roſat. parum.
Paretur Vng.
Atque ita honeſta matrona ab immodica ſanguinis lauda-
R bilis

bilis euacuatione incolumis euaſit. DEO ſit gloria ſoli.

CVRATIO C.

Calculi renalis.

Calculus renalis.

Quo cum incredibili dolore cõflictabatur pręfecti Vuidliſsingenſis uxor annos quadraginta duos nata: ſed hæc DEI nutu & medicamẽtorum horum uſu mox ſana facta eſt hoc pacto.

λίθων θρυπτικόν.

R. foliorum quercus unciam ſem.
Saxifrag. drach. ſex.
Baccarum lauri drachmas quinq;.
Semin. lappæ maioris vnc. vnam ſem.

Lepo-

Leporis combusti vnc. duas.
Miscendo fiat puluis:
De quo pro uice unâ quotidiè sumatur drachma una cum uini uncijs quatuor. Postquàm ægra primam huius pulueris dosin cum uino accepit & simul clysterem insequentem sibi inijciendum curauit intolerãdus, quem passa est, dolor remittebatur protinùs: urina antè suppressa abundanter fluente & aliquot lapillis arenosis pisi magnitudine deiectis. Sequentibus porrò diebus, usu & ἐνεργεία pulueris urina copiosissima sedimento prędenso, arenoso prodibat cum mitigatione doloris uniuersi.

Enema tale erat.

R. Lactis caprini recẽtis uncias septem.

Extract. colocynthid. magnitudinem castaneæ.

Misceantur & fiat ebullitio per horæ quadrãtem: dein colentur, colaturę admisceantur ol. lini unciæ septem. Salis communis drachmæ duę. Misce & tepidè enema hoc applica: à quo multùm ægrotans alleuari se testabatur.

Diæta.

Potus fuit Decoctum granorum Iuniperi contusorum. Hoc itaque pacto pia & honesta hæc matrona à diro calculi cruciatu mox uindicabatur.

DE Q

DEO omnipotenti uni & ſoli ſit laus, honos & gloria in ſecula ſeculorum, AMEN.

INDEX ALPHABETICVS LOCVPLES CONTINENS Morbos, ſymptomata, loca & medicamenta iuxta numerum curationum.

A

Abortus 99.
Achores 3.
Alexipharmacum 16.
Alexiterium 44.
Aluus conſtipata 11.

Aysslingen 4,41.
Anasarca 22,58,89,97.
Anodynum. 18.
Anodynum podagricum 86.
Anhelitus difficilis 93.
Angina 92.
Anorexia 77.
Anodynum 62.
Apophlegmatismus 38.
Aqua mercurialis 47.
Aqua antepileptica 73.
Ascites 63,54,76,96.
Arthritis 17.
Asthma 19,77,81,82,85,84.
Augusta 1,3.

B.

Bachagel 21.
Balneum ad scabiem 3.
Balneum ad hydropem 7.
Balneum

Balneum 89,98.
Batrachus 8.
Brentz 82,86.
Burga 14.
C.
CApitis dolor 75,67.
Calculus renalis 100.
Cardialgia 68.70.
Catarrhus 75,55.
Cataplasma ad anginam 92.
Catharticum hystericum 6.
Cephalalgia 3,79,80.
Clyster 11,100.
Colica 45,33.
Confectio 75.
Contusionis cura 36.
Conuulsio manuum 21.
D.
DIarrhœa 60,84.

Ayſſlingen 4,41.
Anaſarca 22,58,89,97.
Anodynum. 18.
Anodynum podagricum 86.
Anhelitus difficilis 93.
Angina 92.
Anorexia 77.
Anodynum 62.
Apophlegmatiſmus 38.
Aqua mercurialis 47.
Aqua antepileptica 73.
Aſcites 63,54,76,96.
Arthritis 17.
Aſthma 19,77,81,82,85,84.
Auguſta 1,3.

B.

B*Achagel* 21.
Balneum ad ſcabiem 3.
Balneum ad hydropem 7.

Balneum

Balneum 89,98.
Batrachus 8.
Brentz 82,86.
Burga 14.

C.

CApitis dolor 75,67.
Calculus renalis 100.
Cardialgia 68.70.
Catarrhus 75,55.
Cataplasma ad anginam 92.
Catharticum hystericum 6.
Cephalalgia 3,79,80.
Clyster 11,100.
Colica 45,33.
Confectio 75.
Contusionis cura 36.
Conuulsio manuum 21.

D.

DIarrhaa 60,84.

Dilinga 7,8,9,10,16,19,20, 45,47,46,43,75,73,87,15.
Diureticum 72.
Dolor capitis 11,8,80.
Dolor artuum 19.
Dolor crurum 81.
Dolor lumborum 81.
Dolor renum 81.
Dolor à calculo 95.
Dolor ventriculi 70.
Donalten 84.
Drugenhofen 48.
Dysuria 72.
Dysenteria 39,40.

E

Εγκάθισμα 95.
Eysslingen 2.
Etchebrunn 12
Electuarium pectorale 50.

Ene-

Enema 100.
Epilepsia 21,49,71,74,73,
90,83,4
Epithema cordiale 24.
Epithema cap. 46.
Exulceratio faucium 1. oris, 1.

F.

FAcies pruriginosa 47.
Facies psorosa 47.
Faucium exulceratio 1.
Febris 11,6,51,81.
Febris tertiana 9.
Febris quotidiana 79,4.
Fomentum 74.

G.

GAllicus morbus 1,94.
Gargarismus ad dolorem dentium 35.

Gargarismus ad oris & faucium mala 91,
Giengen 83.
Gundelfinga 22,89,98.

H.

HAEmorrhagia nimia 99.
Heydenheim 56,59,99.
Holagogum 53,63,74.
Hydrops 22,7,51,54,58,69, 76,96,97,89,41,63.
Hydragogum 63,76.
Hydroticum 20.

I.

ICtericia 11,32,78,68.
Icterus niger 27.
Iliaca 74.
In appetentia 82
Insania 5.
Inflatio ventris 28.

Infuſum Purgans 23,42.
Inflammatio linguæ 32.
Inflatio ventriculi 20.
Iſchiadicus dolor 93.

L.

Laconicum 96,32.
Lauinga 25,26,23,27,
24,30,90,93,94,95.
Laterum dolor, punctionesq; 33.
Lienteria 37,57.
Linguæ inflammatio 38.
Lixiuium capitale 53.
Litus luis venereæ 94.
Λίθων θρυπτικόν 100.
Lohoch 24.
Lotio capitis 52.
Lotio ſomnifera 46.
Lumborum dolor 31.

M.Mania

M.

MAnia 4
Mariscæ vteri 2
Mariscæ 9
Melancholia 23,30,46,5
Medingen 7
Menses superflui 4
Menses suppreßi 10,5
Miſtura antepileptica 9
antiparalitica 5
Motus matricis 6
Morbus regius 7

O.

ODontalgia 3
Oleum sulphuris 47,91,94
Oleum Heraclij 29,53,91,88
Orthopnæa 43

P

PAlpitatio cordis 70

Panchymagogum 63.
Plagæ cura 36.
Πανάκεια 20,25,42,50,62, 65,79,82,85.
Paralysis linguæ 36,53,88.
Paralysis 71.
Peripneumonia notha 50.
Pestis 2.
Pileolus capitalis 23.
Pleuritis pestilentialis 44,62, 61,64.
Pleuritis maligna 44,65,42.
Pleuritis 10,12,14,13,20,15, 24,26,51,67,84.
Podagra 86.
Potio cathartica 26,17,20.
Potio in hydrope 22.
Potio antepileptica 73.
Porrigo 52.

Purgans bolus 24.
Purgatorium 5.

R.

RAna lingua 8.
Ranarum generatio 28.
Ranarum coaxatio 28.
Raucedo 55.
Renum dolor 31,100.
Retenta ſecundina 25,29.
Refingen 81.

S.

SAcculus ad dolorem dentium 35.
Scabies vniuerſalis 3.
Sciatica 16,18,87.
Scabies gallica 59.
Scorbutus 91.

Sitis 82
Somniferum 30.
Sternutatorium 49,75,83,71.
Sudoriferum 9,12,15,1,8.
Suffusio oculi 66.

T.

TRemor membrorum 79.
Tremor 48.
Tussis chronica 4,75,93.
Tussis 10,82.

V.

VErtigo, chronica 68.
Verberum curatio 36.
Vng. anodynum 46,1,98.
Vng. hypnoticum 46.
Vng. contra vermes 54.
Vng. ad morbum gallicum 94.

VV.

VVertingen 31.
VVitestingen 100.
VVettenhausen 34.
VVeyßingen 32,77,37,76.

PIA

PIA ET DEVOTA PRECATIO AC GRATIARVM ACTIO AD DEVM

MART. RVLANDI Patris.

GRATIAS AGO tibi, miſericordiſsime DEVS & Pater Domini noſtri IESV CHRISTI, quod pro tua paterna miſericordia, & in præpotēte manu tua ægrotos meos ſanos facis. Da ipſis gratiam, vt grato animo & memoria agnoſcant

tua beneficia, quę ipſis per me indignũ ſeruulum prę-ſtas & poſt recep tam ſanitatem gratias agant ſemper tibi, reſipiſcant, ampliùs non peccent, ſed piè iuxta mandata tua viuant. Rogo quoque te, Clementiſsime Pater, vt & alijs ægrotis meis miſerearis, peccata remittas, errores condones ad fidem tuam conuertas, veram pœnitentiam concedas. Et quia tu vulneras & mederis, tu percutis & ſanas, tu mortificas & viuificas, tu deducis ad inferos & reducis, tu

Iob. 5.
1. Reg. 2.
Sap. 16.

tu denique vitæ poteſta-
tem habes & mortis: ſana
obſecro, POTENTISSIME
Medice, eos quoque pro
tua paterna voluntate, in-
dulgentia, bonitate, & miſe
ricordia per tua & abs te be
nedicta medicamenta, &
ſalua eos, in tua virtute & in
ſanctiſsimo nomine IESV di
lectiſsimi Filij tui optimi
Medici omnium animarũ
et corporum languentium,
et glorioſiſsimum tuum no
men per me omnibus die-
bus vitę meę ſanctificetur,
laudetur, & glorifice-

tur. Exaudi Domine Pater
benignissime vocem depre-
cationis meę, iuxta promis-
sionem charissimi Filij tui
Iohan. 14. dicentis: Amen, Amen, di-
co vobis, si quid petieritis
patrem in nomine meo, da-
bit vobis. Da ergò quæso
veracissime Pater, Omnipo-
tens DEVS, quod ægroto-
rum nomine abs te peto:
da inquam in nomine IESV
dilectissimi filij tui, qui te-
cum in vnitate SS. viuit &
regnat DEVS potens per o-
Apocal. 5. mnia secula, Amen. Tibi ô
Pater misericordissime, tibi
ô IESV CHRISTE amantissi-
me

ne, Tibi ô ſancte Paraclete
Spiritus deſideratiſsime,
Tibi inquam ô ſanctiſsima
Trinitas eſto benedictio, &
claritas, & ſapientia, & gra-
tiarum actio, honor & vir-
tus, & fortitudo in ſecu-
la ſeculorum, Amen,
Amen,
AMEN.

VIRO CLARISSIMO DOMINO MARTINO RVLANDO SENIORI, MEDICINÆ Doctori, & Illustriss. Ducum Palat. medico peritiss. Domino suo honorando.



LITERAS TVAS humanissimas, Vir clarissime, nuper cùm ad nos veniret filius tuus Martinus Medicinę iam doctor, accepi: vtinam ipsi aliqua in re auxilio esse potuissem, non defuissem.

At

At feci, quod potui saltem, si non quod volui: eumque Dominis meis collegis, de meliori, vt dicitur nota commendaui. Quòd si porrò aliqua in re ipsi auxilio esse posim, profectò non deero. Hoc enim meretur ipsius, quam cognoui modestia, & singularis doctrina, quàm optimè & priuatim collegio nostro & publica disputatione omnibus comprobauit. Tibi ergò Vir Clariss. de filio benènato, benè educato, benè morato, beneq; docto ex animo congra-

tulor. Devs opt. Max. porrò ipsi vt adsit, & ipsi benedicat ex animo precor: O te felicem senem propter talem filium, qui in senecta tua, te exhilarare potest, & à præceptoribus ac primatibus nostræ Academiæ optimo testimonio & publico & priuato instructus redit. Verum quia hora me in Alsatiam ad nobilem auocat, stylum abrumpo. Poterit enim filius tuus rerum mearum statum exponere, vt qui mihi satis fuit familiaris: Te verò vir præstantiss. Deo trino & vni

...gni commendo. Raptim 10. Nouemb. Anno 92. Basileæ.

T. E. A.

Casparus Bauhinus D. hoc tempore Academiæ Basileensis Rector.

GEORGII CLEMINII I. V. DOCTORIS, ET ILLVSTRIS SCHOLAE LAVINGANAE RECTORIS de cognomine Doctoris Martini Rulandi patris Medici præstantissimi, Distichon.

CVM diros valeas morbos, letumq́; fugare,
RVLANDI meritò nomen & omen habes.

EIVSDEM DE EODEM HEXASTICHON.

MArtinus, quæris, cur sit cognomine dictus
RVLANDVS, medici, gloria magna, chori?

Ille

Ille ſenis ductu Coi, magniq; Galeni,
Agmina morborum pellere ritè poteſt:
Et ſic terricolis tranquillã reddere vitam:
Ne morbi rabies vlla nocere queat.

PRO-

PROPEMPTICVM

IN DISCESSVM CLARISSIMI DOCTISSIMIQVE VIRI, D. MARTINI RVLANDI F. MEDICI RATISponensis, amicitiæ ergò scriptum à IACOBO CELLARIO Augustano, Scholæ Lauinganæ prædictæ Professore publico.

CLARE vir, excellens Phœbæa
Doctor in arte,
Rulãde, Aonidum gloria magna chori:
Qui vigili studio voluisti scripta Galeni
Hyppocratisq́ʒ, duces quos Medicina colit:
Atqʒ arcana tui didicisti cuncta parentis,
Quîs solet ægrotis ferre salutis opem:
Sícne

Sic ne paras abitum? patriæ sic limina linquis?
Atq; Ratisponæ mœnia celsa petis?
Nempe ita complacuit Domino, qui cuncta creauit,
Pharmaca qui vires fecit habere suas.
Ergo Lauingana felix proficiscere ab vrbe,
Sit Dominus vitæ dux, comes atq; viæ.
Actibus in cunctis vires tibi suggerat idem:
Vt poßis morbos ritè fugare graues.
Sic acceptus eris Tiberinis ciuibus atq;
Vicinis, prompta quos releuabis ope.
Sic tua laus crescet totum celebranda per orbem,
Durabitq; vllo non moritura die.

Σκά-

Σκάζων.

D. MICHAELIS FENDII PROFESSO-ris Lauingani

Ad

D. Doct. MARTINVM RVLANDVM Fil.

TRadis mihi non laudis indigũ nostræ
Martine laudandũ tui decus Libri.
Ineptiam profectò iure: si tentem
Laudare laudes. Nam quot experimenta
Hoc pharmacorum continet tuum scriptũ:
Tot iura commendationis excultæ.
Tu, quæso te, nostro medere Scazonti.
Aut si moraris: Zoilum ad ferum claudo
Suspendium cogam suæ manus versu:
Iambico recto perire non dignum.

BASILEÆ,
PER SEBASTIANVM
HENRICPETRI:
Anno
cIↄ Iↄ xcv.

